

ANTIPHONARIUM PRO LITURGIA HORARUM

Iuxta Usum Ordinis Prædicatorum

I

TEMPUS ADVENTUS
TEMPUS NATIVITATIS



Fontes ex quibus desumpti sunt cantus huius libelli, et publicationes liturgiæ normarum pertinentes, hæc sigla indicant:

- AG: *Antiphonarium Sacri Ordinis Prædicatorum pro Diurnis Horis*. Martini Stanislai Gillet permissu editum. Romæ, 1933.
- AJ: *Antiphonarium iuxta Ritum Sacri Ordinis Prædicatorum*. Vincentii Jandel jussu editum. 2 vol. Mechliniæ, 1867-70.
- AM: *Antiphonale Monasticum pro Diurnis Horis cum Variationibus (1961)*. Ed. Monachi S. Petri de Solesmes. Parisiis, 1934.
- AN: *Nocturnale seu Antiphonarium Sacri Ordinis Prædicatorum pro nocturnis horis*. Ed. Geroliti Ammosaulici. Bonnæ ab Rhenum, 2006.
- AV: *Antiphonale Vaticanum. Antiphonale Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ pro Diurnis Horis Pii X papæ iussu editum*. Romæ, 1913.
- GS: *Graduale Simplex*, 2 ed., Romæ, 1999.
- LH: *Liturgia Horarum iuxta Ritum Romanum*. Romæ, 1975.
- MG: *Matutinum S.O.P.*, Stanislai Gillet permissu editum. Romæ, 1936.
- OCO: *Ordo Cantus Officii. Notitiæ*, 19 (1983): 244-47, 357-528.
- A-KN 1011: Klosterneuburg: Augustiner Chorherrenstift Bibliothek, MS 1011 (XIV sæc.).
- D-Mbs Clm 4306: Munich: Bayerische Staatsbibliothek, MS Clm 4306.
- DK-Kk 3449: Copenhagen: Det kongelige Bibliotek Slotsholmen, MS Gl. Kgl. Samling, 3449 (c. 1580).
- OHS: *Officium Hebdomadæ Sanctæ S.O.P: Ecclesiasticum Officium iuxta Ritum Sacri Ordinis Prædicatorum Triduo ante Pascha et Dominica Resurrectionis*. Emmanuelis Suarez issu editum. Romæ, 1949.
- PC: *Processionarium iuxta ritum s. Ordinis Prædicatorum*. H Cormier iussu regontium et editum (Romæ: Cura Magistri Ordinis, 1913).
- PM: *Psalterium Monasticum. Psalterium cum Canticis Novi et Veteris Testamenti iuxta Regulam. Benedicti et Alia Schemata Liturgiæ Horarum Monasticæ cum Cantu Gregoriano*. Ed. Monachi S. Petri de Solesmes. Solesmis, 1981.
- POP: *Proprium Officiorum Ordinis Prædicatorum*. Vincentii de Couesnongle iussu editum. Romæ, 1982.
- POP Add: *Addimenta ad Proprium Missalis et Liturgiæ Horarum post Editiones Typicas 1982-2006*. Proprium Ordinis Prædicatorum: Documenta 1. Caroli A. Azpiroz Costa Iussu Edita. Romæ: S. Sabinæ, 2006.
- PR: *Processionale Monasticum ad Usum Congregationis Gallicæ*. Ordinis Sancti Benedicti. Solesmis, 1895.
- RC: *Regulæ Cantus. Tonorum Communium iuxta Ritum Ordinis Prædicatorum Regulæ*, Aniceto Fernandez approbatæ (Romæ: S. Sabina, 1965).
- RM: *Liber Responsorialis iuxta ritum monasticum*, Solesmis 1895.
- VM: *Rituale Vestitionum et Professionum in Monasteriis Congregationis S. Petri de Solesmis O. S. B. Capituli jussu editum*, Germani Cozien auctoritate promulgatum. Desclée no. 832. Paris: Desclée, 1952.

Lectori S. P.

AD CELEBRANDAM *Liturgiam Horarum* secundum traditionem Ordinis nostri, *Proprium Officium Ordinis Prædicatorum* publicatum est anno 1982. Etiam ad cantandam *Liturgiam Horarum* facilius, quando desint antiphonæ cum musica Gregoriana, Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino publicavit *Ordo Cantus Officii* anno 1983. Sed ad hoc tempus, novum vesperale cum omnibus cantibus approbatis, ad usum Ordinis, numquam publicatum est.

Non publicato adhuc Vesperale cum musica, hic libellus, in modo provisorio, ad supplendam hanc lacunam, productus est, ex libris liturgicis Ordinis et ex fontibus authenticis traditionis cantus Romani. Toni pro cantandis psalmis sunt iuxta libellum “Regulæ Cantus O.P.” promulgatum anno 1965.

Cantus inventi in hoc libello desumpti sunt præsertim ex libellis nostri Ordinis quando existant. Quando isti carent, cantus selecti ex traditione monastica vel Romana sunt secundum ordinem propositum in libello “Ordo Cantus Officii.” Antiphonæ inventæ in Antiphonario promulgato auctoritate Vincentii Jandel, sunt correctæ secundum manuscriptum antiphonarium certificatum de conventu Poissy per modum electronicum in retu mundiali. Antiphonæ inclusæ in opere Corpus Antiphonarum Officii, sunt transcriptæ ex manuscriptis indicatis. Siglæ librorum aliorum usatorum indicatæ sunt secundum abbreviationes elencatæ ante hac introductione.

Antiphonæ ad I Vesperas Dominicarum per annum desumptæ sunt ex libris biblicis qui leguntur ad Officium Lectionum in Dominica et feriis propriæ hebdomadæ. Si Laudes non celebratur cum cantu, pro opportunitate, antiphonæ Laudum Matutinarum possunt usari ad I Vesperas in loco antiphonæ desumptæ ex lectionibus Officii Lectionum. Ideo non dantur initium proprium cantico Benedictus, sed solam terminationem toni.

SECUNDUM *Proprium Ordinis* (“Indicationes pro celebrationibus liturgicis,” nn. 31-39, pp. lxxxii-iv), modus se habendi fratrum in choro melius regulabitur iuxta circumstantias locorum, nihilominus, sequentes normæ proponuntur:

1. Fratres stent versi ad altare vel ad imaginem Salvatoris:
 - a) ad versiculum introductorium *Deus in adiutorium*.
 - b) ad PRECES et ad orationem dominicam, si opportunum

videatur.

- c) ad orationem et eius conclusionem, nisi fiat inclinatio.
2. Chorus stet contra chorum:
 - a) ad hymnum.
 - b) ad canticum evangelicum.
 - c) ad PRECES, nisi fratres sint versi ad altare.
3. Ad psalmos, chorus sedet vel stat prout casus fert. Omnes stet et devote se inclinat in doxologias.
4. Omnes sedentes auscultant lectionem. Ad responsoria quæ sequuntur, fratres modo magis idoneo se habent.
5. Inclinatio profunda fiat:
 - a) ad *Gloria Patri* et ad doxologiam versiculi introductorii, et etiam psalmorum et cantici evangelici.
 - b) ad conclusionem hymni.
 - c) si placet, ad orationem et ad eius conclusionem, nisi fratres sint versi ad altare vel imaginem Salvatoris.
 - d) si placet ad benedictionem in fine horarum.
6. Fratres genua flexi manere possunt:
 - a) pro opportunitate, in feriis Quadragesimæ vel in diebus pænitiæ ad orationem diei et ad eius conclusionem; pro opportunitate in quibusdam occasionibus possunt etiam prostrationem facere.
7. Omnes se signant signo crucis in initio Officii, ad verba: *Deus, in adiutorium*. Nota quod secundum consuetudinem nostram non se signant fratres ad initium canticorum evangelicorum.

Spero quod hic libellus promoveat usum canti Dominicani et Gregoriani in conventis nostris, et det fratribus, sororibus, laicis Ordinis, necnon omnibus Christifidelibus, modum observandi dictum attributum ad Patrem nostrum S. Augustinum: “Qui cantet, bis orat.”


R. P. Augustinus Thompson, O.P.

TONI COMMUNES


Ad Officium Lectionum

MODUS INCOHANDI OFFICII LECTIONUM

MG 1



Dómi-ne lá-bi- a me- a apé- ri- es. Ƿ Et os me- um annun-




ti- á-bit laudem tu- um.


VERSUS ANTE LECTIONES

Exemplum de Dominica I Adventus:

AG 5



Ƿ Respí-ci- te et le- vá- te cápi- ta vestra.




℞ Quó-ni- am appro-pínquat red-émpti- o vestra.


LECTIONES AD OFFICIUM LECTIONES

Lectiones dividuntur per versus aut sententias. Regulariter versus, pro tenore verborum, subdivitur in tres partes: post quarum primam, flexa; post secundam, mediatio; et post tertiam, terminatio. Si sententia fuerit brevis, omittitur flexa; si brevior, omittitur etiam mediatio. Si autem longior fuerit, tunc iterari possunt flexa et mediatio alternatim. In lectiones Hebdomadae sanctae, ubi divisio textus ad cantum adaptata est, ita ut as signum, flexa, ad duplex punctum (:) mediatio, ad simplex punctum (.) vel interrogativum (?) Terminatio cantanda sit.


Exemplum:



Hic est qui in Vírgine incarná- tus, super lignum su-



spénsus, in ter-ra se- púltus est, et resúrgens a mórtuis ad cæ-




lórum excélsa conscén- dit.

HYMNUS SS. AMBROSII ET AUGUSTINI

AG 140*



Te De- um lau- dá- mus: te Dómi- num con- fi- té- mur.



Te æ- térnium Pa- trem, omnis ter- ra ve- ne- rá- tur.




Ti- bi omnes án- ge- li, ti- bi cæ- li et u- ni- vér- sæ po-




te- stá- tes: Ti- bi ché- ru- bim et sé- ra- phim incessá- bi- li




vo- ce pro-clá- mant: San- ctus, San- ctus, San- ctus




Dó-mi- nus De- us Sá- ba- oth. Ple- ni sunt cæ- li et




ter- ra ma- ie- stá- tis gló- ri- æ tu- æ. Te glo- ri- ó- sus



A- posto- ló- rum cho- rus, Te prophe- tá- rum lau- dá- bi-



lis núme- rus, Te már- ty- rum can- di- dá- tus lau- dat ex-




ér- ci- tus. Te per or- bem ter- rá- rum san- cta con- fi-



té- tur Ecclé- si- a, Pa- trem imménsæ ma- ie- stá- tis;




Ve- ne- rándum tu- um ve- rum et ú- ni- cum Fí- li- um;




San- ctum quo- que Pa- rá- cli- tum Spí- ri- tum. Tu rex



gló- ri- æ, Chri- ste. Tu Pa- tris sempi- tér- nus es Fí- li- us.




Tu, ad li- be- rándum suscep- tú- rus hó- mi- nem, non hor-



ru- í- sti Vír- gi- nis ú- te- rum. Tu, de- ví- cto mor- tis a- cú- le-




o, a- pe- ru- í- sti cre- dén- ti- bus regna cæ- ló- rum. Tu ad




déxte- ram De- i se- des, in gló- ri- a Pa- tris. Iu- dex




cré- de- ris es- se ven- tú- rus. Te er- go, quæ- sumus, tu- is



fámu- lis súbve- ni, quos pre- ti- ó- so sán- gui- ne re- demí- sti.



Æ- tér- na fac cum sanctis tu- is in gló- ri- a nume-
 rá- ri. [Sal- vum fac pó- pu- lum tu- um, Dó- mi- ne, et
 bé- ne- dic he- re- di- tá- ti tu- æ. Et re- ge e- os, et
 ex- tól- le il- los usque in æ- tér- num. Per síngu- los
 di- es be- ne- dí- ci- mus te; et laudá- mus nomen tu- um
 in sǽ- cu- lum, et in sǽ- cu- lum sǽ- cu- li. Di- gná- re,
 Dómi- ne, di- e i- sto si- ne peccá- to nos cu- sto- dí- re.
 Mí- se- ré- re no- stri, Dó- mi- ne, mí- se- ré- re no- stri. Fi-




at mi- se- ri- cór- di- a tu- a, Dó- mi- ne, su- per nos, que- mád-
 mo- dum spe- rá- vi- mus in te. In te, Dó- mi- ne, spe-
 rá- vi: non con- fún- dar in æ- tér- num.]


Ad Laudes et Vesperas

MODUS INCOHENDI OFFICII.


AG 1




De- us, in adiu- tó- ri- um me- um inténde.



℞ Dómi- ne, ad adiuván- dum me festí- na. Gló- ri- a Patri, et



Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto. Sic- ut e- rat in princí- pi- o et nunc



et semper, et in sǽ- cu- la sǽcu- ló- rum. Amen. Al- le- lú- ia.

LECTIO BREVIS

RC 31

Lectio brevis, pro sensu verborum, in membra sufficientia pro numero phrasorum dividenda sunt. Alternatim fiunt duæ clausulæ, quæ flexio et elevatio vocantur, ita ut ultima sit flexio. Ad punctum interrogativum non fit specialis modulatio. Indicationes divisionum: duplex punctum (:) indicat elevationem et crucem () flexionem.

Exemplum:

Cu- i compa- rá-bo te vel cu- i assimi- lá-bo te,
flexio

fi- li- a Ie- rú- sa- lem? cu- i exæqua- bo te et conso- lá- bor
2 1 elevatio

te virgo fí- li- a Si- on? Magna est vel- ut ma- re contrí-
flexio

ti- o tu- a.

PRECES

RC 40-41 (cf. *Vesperale Romanum*, 2010, p. 758)

Preces possunt cantari iuxta modum cantandi lectiones ad Officium lectionum et lectionem primam ad Missam. Exemplum:

flex

Christum auctórem vi- tæ, quem Deus suscitávit quique

2 1

nos suscitábit per virtútem suam, o-rémus, clamán-tes: R̄. Chri-
1

ste, vi- ta nostra, salva nos.

Christe, lux fúlghida in ténebris splendens, vitæ princeps et mor-
2 1

tálium santi- fí- cá- tor, hanc diem ad laudem tuam fac
nos

1

transí- ge- re

1


R̄. Christe, vi- a nostra, salva nos.

ORATIO DOMINICA

In tono solemni:



Et nunc o- ra- ti- ó-nem, quem Chri-stus Dómi-nus nos dó-




cu- it, omnes simul di-cá-mus:



Pa-ter noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um;




advé-ni- at regnum tu- um; fi- at vo- lúntas tu- a, sic-ut in




cæ-lo et in ter-ra. Panem nostrum co-ti-di- ánum da nobis



ho-di- e; et di-mít-te no-bis dé-bi- ta nostra, sic-ut et nos



di-mít-timus de-bi- tó-ri-bus nostris; et ne nos indú-cas in



tenta-ti- ó- nem, sed lí-be- ra nos a ma- lo.

In tono simplici:



Et nunc o- ra- ti- ó-nem, quem Chri-stus Dómi-nus nos dó-



cu- it, omnes simul di-cá-mus:



Pa-ter noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cétur nomen tu-um;




advé- ni- at regnum tu- um; fi- at vo- lúntas tu- a, sic-ut in




cæ-lo et in ter-ra. Pa-nem nostrum co-ti-di- ánum da nobis



ho- di- e; et di-mít-te no-bis dé-bi- ta nostra, sic-ut et nos



di-mít-timus de-bi- tó-ri-bus nostris; et ne nos indú-cas in



tenta-ti- ó- nem, sed lí-be- ra nos a ma- lo.

ORATIO

RC 33


Corpus Orationis in duo, tria vel quattuor membra, pro sensu verborum, dividitur, alternando flexionem et meditationem seu elevationem. Istæ clausulæ ita disponuntur ut ultima sit elevatio. Indicationes divisionum: flexio puncto cum virgula (;) designatur; elevatio vero duplici puncto (:) significatur.

Exemplum:




De- us, cu-ius ho-di-érna di-e præ-cón-i-um Inno-

1 2 / elevatio




céntes márt-y-res non loquénd-o, sed mo-ri-énd-o conféssi sunt:

/ flexio




ómni- a in no-bis vi- ti- ó-rum ma-la mortí- fi-ca; ut fi-dem




tu- am, quam lingua nostra lóqui-tur, é- ti- am mó-ri-bus vi-ta

1 2 / elevatio




fa-te- á-tur:


Conclusio:



Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí- li- um tu- um,




qui te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti,




De- us per ómni- a sæ-cu-la sæ-cu-ló- rum. ℞. Amen.

Alia Conclusio:




Qui vi-vis et regnas cum De- o Patre (vel: Qui te-cumi vi-vit




et regnat) in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti, De- us, etc.

BENEDICTIO


cf. Missale Romanum, p. 1782



Dómi-nus vobís-cum. ℞. Et cum spi-rí-tu tu- o.



Bene-dí-cat vos omní-po-tens De-us, Pater, et Fí- li- us, et




Spi-rí- tus Sanctus. R̄. Amen.

DISMISSIO


In Solemnitatibus:

cf. MSOP (1965) 345; AG 12



I- te in pa-ce. R̄. De- o grá- ti- as.

In Festis et memoriis Beatæ Virginis Mariæ: cf. MSOP (1965) 345



I- te in pa-ce. R̄. De- o grá- ti- as.

In Dominicis:

cf. MSOP (1965) 346 AG 12



I- te in pa-ce. R̄. De- o grá- ti- as.

In Festis:

cf. MSOP (1965) 346 AG 12



I- te in pa-ce. R̄. De- o grá- ti- as.

In Memoriis:


cf. MSOP (1965) 346 AG 12



I- te in pa-ce. R̄. De- o grá- ti- as.

In feriis:

cf. MSOP (1965) 346 AG 12



I- te in pa-ce. R̄. De- o grá- ti- as.

Vel secundum usum Romanum:




I- te in pa-ce. R̄. De- o grá- ti- as.

Ad Horas medias


VERSUS POST LECTIONEM BREVEM

Exemplum de tempore Adventus:

AG 5



Ÿ. Timé-bunt gentes nomen tu- um, Dómi-ne.




R̄. Et omnes re-ges terræ gló-ri- am tu- am.

ORATIO

RC 33


Corpus Orationis dividitur sicut ad Horas maiores, alternando flexionem et meditationem (:;) seu elevationem (:); conclusio brevis orationis terminatur semper in flexio.

Exemplum:




O-remus. Concé-de nos fámulos tu- os, quæsumus, Dómi-

1 2 / elevatio



ne De- us, perpé-tu- a mentis et córpo-ris sa-lú- te gaudé-re: et




glo- ri- ó-sa be- á- tæ Ma-rí- æ Vír-gi-nis in-tercessi- ó- ne,

/ flexio 1




a præ-sénti li-be- rá- ri tri-stí- ti- a; et æ- tér-na pérfru- i

2 / elevatio



læ- tí- ti- a: Per Christum Dómi-num nostrum. ℞. Amen.

In fine Horarum mediarum et Officii lectionum: AG 13

Bene-di-cámus Dómi-no. √. De- o grá- ti- as.


TEMPUS ADVENTUS

I. USQUE AD DIEM 16 DECEMBRIS

Ad Invitorium

Antiphona in feriis. (Ps. t. 6a, p. 1125)

AJ 1:60 (cf. LHR 4)




Regem venturum Dominum, veni- te ad- o-remus. Veni-te

Ad Laudes matutinas

HYMNUS


AG 23



1. Vox cla-ra ecce ínto-nat, obscú-ra quæque íncre-pat;



pro-cul fu-gén-tur sómni- a; ab æthre Chri-stus prómi- cat.



2. Mens iam re- súr-gat tór-pi- da quæ so-de extat sáu-ci- a;



si- dus re- fúl- get iam no- vum, ut tól- lat omne nó- xi- um.




3. E sur- sum Agnus mít- ti- tur la-xá- re gra- tis dé- bi- tum;

PROPRIUM DE TEMPORE




omnes pro in-dulgén-ti-a vo-cem de-mus cum lá-cri-mis.



4. Se-cúndo ut cum fúlse-rit mundúmque horror cín-xe-rit,



non pro re-á-tu pú-ni-at, sed nos pi-us nunc pró-te-gat.



5. Summo Pa-rén-ti gló-ri-a Na-tóque sit vi-ctó-ri-a,




et Flámi-ni laus dé-bi-ta per sæ-cu-ló-rum sé-cu-la. A-men.


RESPONSORIA BREVIA

In Dominicis:


AG 38




Chri-ste, Fí-li De-i vi-vi, * Mi-se-ré-re no-bis.



Christe. Qui ven-tu-rus es in mundum. * Mi-se-ré-re no-bis.



Glo-ri-a Pa-tri et Fí-li-o, et Spí-ri-tu-i Sancto.



Chri-ste.

In diebus ferialibus:


AG 60



Su-per te Ie-rú-sa-lem * O-ri-é-tur Dómi-nus. ¶ Et gló-



ri-a e-ius in te vi-dé-bi-tur.* O-ri-é-tur Dómi-nus.




Gló-ri-a. Su-per te.

Ad Horas medias

Ad Tertiam

HYMNUS

AG 148



1. Nunc, Sancte, nobis, Spí-ri-tus unum Patri cum Fí-li-o,



digná-re promptus ín-ge-ri nostro re-fú-sus pécto-ri.

2. Os, lingua, mens, sensus, vigor
 confessiónem pèrsonent,
 flamméscat igne cãritas,
 accéndat ardor próximos.

3. Per te sciámus da Patrem
 noscámus atque Fílium,
 te utriúsque Spíritum
 credámus omni témpore. Amen.

Ant. AG 315 (cf. OCO 371)

I b

Prophé- tæ præ-di-cavé-runt nasci Salva-tó-rem de Vír-gi-

ne Ma- rí- a. E u o u a e.

∇ Timébunt gentes nomen tuum, Dómine.
 ⚡ Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Ad Sextam

HYMNUS AG 153

VIII

1. Rector po-tens, ve-rax De- us, qui témpé-ras re-rum vi-ces,

splendó-re ma-ne ínstru- is et í-gni- bus me- rí- di- em,

2. Exstíngue flammæ lítiúm, 3. Præsta, Pater piíssime,
 aufer calórem nóxiúm, Patrique compar Unice,
 confer salútem córporum cum Spírítu Paráclito
 verámque pacem córdium. regnans per omne sæculum. Amen.

Ant. AG 740 (cf. OCO 371)

VII b

Gábri- el archán-ge- lus lo-cú-tus est ad Ma- rí- am,

di-cens: A-ve, grá-ti- a ple- na; Dó-mi-nus te-cum; be-ne-dí-

cta tu inter mu- lí- e- res. E u o u a e.

∇ Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui.
 ⚡ Vísita nos in salutári tuo.

Ad Nonam

HYMNUS AG 158

VIII


1. Re-rum, De- us, tenax vi-gor, immó-tus in te pérma-nens,

lu-cis di- úr-næ témpo- ra succés-si- bus de-tér-mi- nans,

2. Largíre clarum vésperæ, 3. Præsta, Pater piíssime,
 quo vita numquam décidat, Patrique compar Unice,
 sed præmíum mortis sacre cum Spírítu Paráclito
 perénnis instet glória. regnans per omne sæculum. Amen.

Ant. AG 322 (cf. OCO 371)

VII a




Quódmó- do fi- et i-stud, Ange- le De- i, qui a
 vi- rum in conci- pi- éndo non pér-tu- li? Audi Ma- rí- a,
 Virgo Chri- sti: Spí- ri- tus San- ctus su- pervé- ni- et in te,
 et virtus Altis- sí- mi ob- umbrá- bit ti- bi. E u o u a e.

∩ Veni, Dómine, et noli tardáre.
 ⚡ Reláxa facínora plebi tuæ.


Ad Vesperas

HYMNUS AG 72

VI




1. Condí- tor alme sí- de- rum, æ- térna lux cre- dén- ti- um,
 Chris- te, red- émptor ómni- um, ex- áudi pre- ces súppli- cum.



2. Qui cón- do- lens in- té- ri- tu mor- tis pe- rí- re sǣ- cu- lum,
 sal- vás- ti mundum lángui- dum, do- nans re- is remé- di- um.
 3. Vergén- te mundi véspe- re, u- ti sponsus de thá- la- mo,
 e- gréssus ho- nes- tís- sima Vír- gi- nis ma- tris cláu- su- la.
 4. Cu- ius for- ti po- tén- ti- æ ge- nu curván- tur ómni- a,
 cǣ- lés- ti- a, ter- réstri- a nu- tu fa- téntur súb- dí- ta.
 5. Te, Sancte, fi- de quæ- sumus, ventú- re iu- dex sǣ- cu- li,
 consérva nos in témpo- re hos- tis a te- lo pér- fi- dí.




6. Sit, Chri- ste, rex pi- ís-si-me, ti- bi Pa-tríque gló- ri- a




cum Spí-ri- tu Pa-rácli- to, in sempi-térna sã-cu-la. A- men.

RESPONSORIUM BREVE


AG 45



IV Ve-ni ad li- be- rándum nos, * Dó-mi-ne De- us vir-



tú-tum. ¶ O- stende fá- ci- em tu- am, et sa-lvi é- rimus.



* Dómi- ne Gló-ri- a. Ve-ni.

**PROPRIUM DE FERIIS ADVENTUS
ANTE DIEM 17 DECEMBRIS**

Propria de diebus Dominicis Adventus invenuntur in Psalterium.

FERIA II

Responsoria prolixa ad Officium lectionum: Post lectionem primum, Præcursor veniet, AJ 2:417 (LH 1: 166); post lectionem secundam, Cantate tuba, AJ 1:179 (LH 1: 129).

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Veníte et ascendámus ad montem Dómini, ad domum Dei Iacob, ut dóceat nos vias suas, et ambulémus in sémitis eius: quia de Sion exíbit lex et verbum Dómini de Ierúsalem.


ANTIPHONA AD BENEDICTUS

In I Hebdomada (p. 1137):

AG 296 (cf. OCO 372)




I b Le- va, Ie-rú-sa-lem, ó- cu-los et vi- de po-ténti- am



Re- gis: ecce Salvá- tor ve- nit sòl- ve- re te à víncu- lo.



Cant. Be- ne- díctus Dómi- nus De- us Isra- òl, * quia visitávit et fe-




cit redemptiónem ple- bis su- æ.

In II Hebdomada (p. 1170):

AG 328 (cf. OCO 372)

VIII a




Di-cit Dómi-nus: Pœni-ténti- am á-gi- te: appro-
pinquá-vit enim regnum cæ-lórum, alle-lú-ia. C. Be-ne-díctus
Dómi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redempti-
onem ple-bis su-æ.

In II Hebdomada (p. 1164):

AG 302 (cf. OCO 373)

VII a



De cæ- lo vé-ni- et Domi-ná- tor Dómi-nus, et in ma-
nu e- ius honor et imp-ri- um. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De-
us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redempti-
onem ple-bis su-æ.

PRECES

In I et III Hebdomadis:

Christus Dóminus, Fílius Dei vivi, lumen de lúmine, edúcet nos in

lucem, ut videámus iustitiam eius. Ergo cum fidúcia eum
deprecémur: *Veni, Dómine Iesu.*

O Lumen indefíciens, ad caliginem nostram discutiénda móriens,
— éxcita, Christe, fidem nostram a somno.

Fac ut secúri ambulémus tota die,
— cum iucunditáte claritátis tuæ.

Perfectam nos doce mansuetúdinem,
—ut nota sit ómnibus homínibus.

Veni ad novam terram nobis creándam,
—in qua iustítia et pax inhábitent.

Pater noster *in tono simplici.*

In II Hebdomada:

Christum redemptórem, fratres caríssimi, deprecémur, qui véniet,
ut redeúntes ad se a mortis potestáte liberet, et súpplíces
implorémus: *Veni, Dómine Iesu.*

Tuum Dómine, dum annuntiámus advéntum,
—munda cor nostrum ab omni spírítu vanitátis.

Ecclésia tua, Dómine, quam fundásti,
—te per omnes gentes magníficet.

Lex tua, Dómine, illúminans óculos,
—prótegat pópulos tíbimet confiténtes.

Qui gáudia advéntus tui nobis ab Ecclésia prænuntiári concédís,
—fac ut promptíssima devoti-
one te excipiámus.

Pater noster *in tono simplici.*

ORATIO

In I Hebdomada :

Fac nos, quæsumus, Dómine Deus noster: advéntum Christi Fílii
tui sollícitos expectáre; ut, dum vénerit pulsans, orati-
onibus vigilántes, et in suis invéniat láudibus exsultántes: Per Dóminum.

In II Hebdomada:

Dirigátur quæsumus, Dómine: in conspéctu tuo nostræ petiti-
onis orátio; ut ad magnum incarnati-
onis Unigéniti tui mystérium nostræ
vota servitútis illibáta puritáte pervéniant: Per Dóminum.

In III Hebdomada:

Voci nostræ, quæsumus, Dómine: aures tuæ pietátis accómmoda; et cordis nostri ténebras grátia Fílii tui nos visitántis illústra: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Et erit in die illa: † resíduum Israël et, qui effúgerint de domo Iacob, inniténtur super Dóminum Sanctum Israël in veritáte. Relíquiæ reverténtur, reliquiæ Iacob ad Deum fortem.

Ad Sextam

Hæc dicit Dóminus Deus exercítuum: † « Noli timére, pópulus meus habitátor Sion. In die illa auferétur onus de úmero tuo et iugum de collo tuo ».

Ad Nonam

Prope est ut véniat tempus eius, † et dies eius non elongabúntur. Miserébitur enim Dóminus Iacob et Israël salvábitur.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Salvatórem expectámus Dóminum Iesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ configurátum córpori suæ: secúndum operatióem qua étiam possit subícere sibi ómnia.

Ad Magnificat, ant.

In I Hebdomada (p. 1178, 1180)

AG 295 (cf. OCO 372)

I b

Ange-lus Dó-mi-ni nunti- á-vit Ma-rí- æ, et concé-

pit de Spí- ri- tu Sancto, alle- lú-ia. C. Magní-fi-cat * á-ni-
ma me- a Dóminum.

In II Hebdomada (p. 1190):

AG 303 (cf. OCO 372)

IV b

Ecce vé-ni- et Rex, Dómi-nus terræ, et ipse áu-fe-ret


iu- gum capti- vi- tá-tis nostræ. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a
Dómi-num.

In III Hebdomada (p. 1200):

AM 221 (OCO 373)

VIII a

Be- á- tam me di- cent omnes ge- ne- ra- ti- ó- nes,
qui- a ancíl- lam húmi- lem respé-xit De- us. C. Ma-gní-fi-



cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

In I et III Hebdomadis:

Dóminum qui véniet et salvábit nos, suppliciter deprecémur,
clamántes: *Veni et salva nos.*

Dómine, Iesu, Christe Dei, salvátor ómnium,
— veni cítius et salva nos.

Tu, qui venísti in hunc mundum,
— líbera nos a peccáto mundi.

Tu, qui a Patre ventísti,
— doce nos viam salútis ad Patrem.

tu qui concéptus es de Spíritu Sancto,
— in eódem Spíritu corda nostra verbo rénova tua.

Tu, qui incarnátus in sinu Mariæ Vírginis,
— líbera nos a curruptióne carnis.

Meménto, Dómine, ómnium hóminum,
— qui fuérunt ab orígine mundi et speravérunt in te.

Pater noster in tono simplici.

In II Hebdomadis:

Christum redemptórem, fratres caríssimi, deprémur, qui véniet, ut
redeúntes ad se a maortis potestáte líberet, et súplices
implorémus: *Veni, Dómine Iesu.*

Tuum, Dómine, dum annuntiámus advéntum,
— munda cor nostrum ab omni spíritu vanitátis.

Ecclésia tua, Dómine, quam fundásti,
— te per omnes gentes magníficet.

Lex tua, Dómine, illúminans óculos,
— prótegat pópulos tíbimet confiténtes.

Qui gáudia advéntus tui nobis ab Ecclésia prænuntiári concédís,
— fac ut promitíssima devotióne te excipiámus.

Pater noster in tono simplici.

Oratio ut ad Laudes matutinas.

FERIA III

Responsoria prolixa ad Officium lectionum: Post lectionem primam, Me oportet minui, AJ 1: 180 (LH 1:212); post lectionem secundam, Salvatorem, AJ 1:143 (LH 1: 179).

Ad Laudes matutinas


Lectio brevis

Non auferétur sceptrum de Iuda et báculus ducis de pédibus eius, donec véniat ille: cuius est, et cui erit obediéntia géntium.


Antiphona ad Benedictus

In I Hebdomada (p. 1137):


AG 320 (cf. OCO 372)




E-gre-dí- é- tur virga de ra-dí- ce Iesse, et re-




plé- bi- tur omnis terra gló-ri- a Dómi-ni: et vi-dé-bit



omnis ca-ro sa- lu- tá- re De- i. C. Be- ne- díctus Dómi- nus



De- us Isra- ðl, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis



su- æ.

In II Hebdomada (p. 1137):

PM 52 (OCO 372)

I b

Gau-de et læ-tá-re, fí-li-a Si-on, qui-a ecce
e-go vé-ni-o, et ha-bi-tá-bo in mé-di-o tu-i, di-cit
Dómi-nus. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De-us Isra-el, * qui-
a visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su-æ.

In III Hebdomada (p. 1170):

AG 321 (cf. OCO 373)

VIII a

E-le-vá-re, e-le-vá-re, consúrge Ie-rú-sa-lem: solve
víncu-la col-li tu-i, captí-va fí-li-a Si-on. C. Be-ne-dí-
ctus Dómi-nus De-us Isra-ël, * quia visitávit et fecit redemptió-

nem ple-bis su-æ.

PRECES

In I et III Hebdomada:

Deus Pater omnípotens íterum manum suam exténdet ad
possidéndum resíduum pópuli sui. Proínde eum rogémus:
Advéniat regnum tuum, Dómine.

Concéde, Dómine, ut faciámus fructus dignos pæniténtiæ,
—ad accipiéndum regnum tuum, quod prope est.

Para, Dómine, viam in córdibus nostris Verbo tuo ventúro,
—ut eius glória in nobis revelétur.

Humília montes supérbiæ nostræ,
—exálta valles infirmitátis nostræ.

Murum ódii evérte, natiónes dividéntem,
—et vias concórdiæ fac homínibus planas.

Pater noster *in tono simplici.*

In II Hebdomada:

Christum Dóminum rogémus, fratres caríssimi, qui est lux illúminans
omnem hómíne, læti clamántes: *Veni, Dómine Iesu.*

Lux præséntiæ tuæ nostras díssipet ténebras,
—et nos tuis munéribus dignos effíciat.

Salvos nos fac, Dómine Deus noster,
—ut confiteámur hódie nómini sancto tuo.

Succéde corda nostra, ut te ardénter sítiant,
—tibíque coniúngi tota aviditáte festínent.

Qui infirmitátem nostram sustulísti,
—infírmis et hódie moribúndis succúrre.

Pater noster *in tono simplici.*

ORATIO

In I Hebdomada:

Propitiáre, Dómine Deus: supplicatióibus nostris, et

tribulántibus, quæsumus, tuæ concède pietátis auxílium; ut, de Fílii tui veniéntis præsentia consoláti, nullus iam polluámur contágiis vetustátis: Per Dóminum.

In II Hebdomada:

Deus, qui salutáre tuum cunctis terræ fínibus declarásti, tríbue, quæsumus; ut nativitátis eius glóriam lætánter præstolémur: Per Dóminum.

In III Hebdomada:

Deus, qui novam creatúram per Unigénitum tuum nos esse fecísti; in ópera misericórdiæ tuæ propítius intuére; et in advéntu Fílii tui ab ómnibus nos máculis vetustátis emúnda: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Ecce dies véniunt, dicit Dóminus, † et suscitábo David germen iustum: et regnábít rex et sápiens erit et fáciét iudícium et iustítiam in terra.

Ad Sextam

In diébus illis salvábitur Iuda, et Israë́l habitábit confidénter; † et hoc est nomen, quod vocábunt eum: Dóminus iustítia nostra.

Ad Nonam

Ego pascam oves meas et ego eas accubáre fáciám, dicit Dóminus Deus. † Quod perierat, requíram et, quod confráctum fúerat, alligábo et: quod infírmum erat, consolidábo et pascam illas in iudício.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Expectámus revelatióne[m] Dómini nostri Iesu Christi, qui confirmábit nos usque in finem sine crímine, in die advéntus Dómini

nostri Iesu Christi: Fidélis Deus per quem vocáti sumus in societátem Fílii eius.

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT

In I Hebdomada (p. 1190):


AG 296 (cf. OCO 372)



Quæ-ri- te Dómi-num, dum inve-ní-ri pot-est: invóca- te



e- um, dum pro-pe est, alle- lú-ia. C. Magní-fi-cat * á-nima




me- a Dómi-num.

In II Hebdomada (p. 1192):


AG 303 (cf. OCO 372)



Vox cla-mán-tis in de-sér- to: Pa- rá- te vi- am Dó-mi-



ni, re-ctas fá- ci- te sémi- tas De- i nostri. C. Magní-fi-cat * á-



nima me- a Dómi-num.

In III Hebdomada (p. 1178, 1180):

AM 191 (cf. OCO 373)

I b

Antequam conve-ní-rent, in-vénta est Ma-rí-a ha-

bens in ú-te-ro de Spí-ri-tu Sancto, al-le-lú-ia. C. Ma-gní-fi-

cat * á-nima me-a Dómi-num.

PRECES

In I et III Hebdomada:

Verbum ætérnum per velámen carnis suæ osténdit viam novam et vivéntem ad cæléste sanctuárium. Humíliter ab eo petámus: *Veni et salva nos, Dómine.*

Deus, in quo vívimus, movémur et sumus,
— veni et revéla nobis quod sumus genus tuum.
Tu, qui non longe es ab unoquóque nostrum,
— teípsum cítius osténde ómnibus quæréntibus te.
Pater páuperum et consolátor afflictórum,
— da libertátem captívis et mæstis lætítiam.
Tu, qui mortem odísti, sed vitam díligis,
— nos et omnes defúnctos ab ætérna morte líbera.
Pater noster *in tono simplici.*

In II Hebdomada:

Christum redemptórem et Dóminum, fratres dilectíssimi, deprecémur, qui novíssimis díebus manifeste véniet, et cum gáudio implorémus: *Veni, Dómine Iesu.*

Redemptor noster et Dómine, qui nascéndo in carne, iugum a nobis sustulísti legis,
— benefícia tuæ pietátis in nobis adímple.

Qui de nobis suscepísti quod divinitáti tuæ conveníre vidébas,
— de tuo cónferas quod in nos expectátus impértias.
Desidéria nostra præséntiæ tuæ exhibitióné gratífica,
— et accensióné tui amóris cor nostrum inflámma.
Tecum guadeámus in glória,
— quem hic pura fídei incólimus consciéntia.
Animas ómnium defunctorum
— pietátis tuæ rore perfúnde.
Pater noster *in tono simplici.*

Oratio ut ad Laudes matutinas.

FERIA IV

Responsoria prolixa ad Officium lectionum: Post lectionem primam, Rorate cæli, AJ 1:620 (LH 1: 262); post lectionem secundam, Ecce radix, AJ 1:164 (LH 1: 263).

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Ecce, Virgo concípíet et páriet fílium et vocábit nomen eius Emmánuel: butýrum et mel cómedet, ut ipse sciat reprobaré malum et elígere bonum.

ANTIPHONA AD BENEDICTUS.


In I Hebdomada (p. 1170):

AG 317 (cf. OCO 372)

VIII a

Ecce De-us me-us, et ho-no-rá-bo e-um: De-us

patris me-i, et ex-altábo e-um. C. Be-ne-díctus Dómi-nus




De- us Isra- ël * quia visitávit et fecit redemptiónem plebis su-æ.

In II Hebdomada (p. 1170):


AG 308 (cf. OCO 372)



Su- per só- li- um Da- vid et super regnum e-ius se-




dé- bit in æ- térnnum, alle- lú- ia. C. Be- ne- díctus Dómi- nus De-




us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple- bis su-æ.

In III Hebdomada (p. 1143):


AG 329 (cf. OCO 373)



Conso- lámi- ni, conso- lámi- ni, pópu- le me- us, di-



cit Dómi- nus De- us vester. C. Be- ne- díctus Dómi- nus De- us



Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple- bis su- æ.

PRECES

In I et III Hebdomada:

Verbum Dei in nobis habitare decrevit, ut videremus glóriam suam. Qua spe gaudentes, acclamemus: *O Emmánuel, esto nobiscum.*

Princeps iuste et recte,

—ius redde paupéribus et opprésis.

Rex pacífice, gládios in vómeres conflans et lánceas in falces,

—muta invídias in dilectiónem et iniúrias nostras in remissiones.

Tu, qui non secúndum visiónem oculórum iúdicas,

—discérne eos qui tui sunt.

Quando in nube véneris cum potestáte magna,

—fac ut sine confusióne appareámus ante fáciem tuam.

Pater noster *in tono simplici.*

In II Hebdomada:

Dóminum nostrum Iesum Christum, fratres caríssimi, exorémus, qui in sua misericórdia nos vísitat, lætámque vocem iterémus:

Veni, Dómine Iesu.

Qui de sinu Patris egressus, venísti ut carnis nostræ vestiméntum indúeres,

—líbera quod períerat natúræ vitiátæ contágio.

Qui ventúrus, in eléctis agnoscéris gloriósus,

—nunc véniens, in peccatóribus clemens semper et pius inveniáris.

Gloriántes in laude tua, Christe Dómine,

—vísita nos in salutári tuo.

Qui nos iam eduxisti in lucem per fidem,

—fac nos iustítia tua pro dignis opéribus tibi plácitos.

Pater noster *in tono simplici.*

ORATIO

In I Hebdomada:

Prépara, quæsumus, Dómine Deus noster: corda nostra divína tua virtúte; ut veniénte Christo Fílio tuo, digni inveniámur ætérnæ vitæ convívio, et cibum cæléstem, ipso ministránte, percípere mereámur: Per Dóminum.

In II Hebdomada:

Omnípotens Deus: qui nos præcipis iter Christo Dómino præparare, concède propítius; ut nullis infirmitátibus fatigémur, qui cæléstis médici consolántem præsentiam sustinémus: Per Dóminum.

In III Hebdomada:

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus; ut Fílii tui ventúra sollémnitas et præsentis nobis vitæ remédia largiátur, et præmia æténa concédatur: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Oculi sublímnes hóminis humiliabúntur, † et incurvábitur altitúdo virórum: exaltábitur autem Dóminus solus in die illa.

Ad Sextam

Ecce Deus salutis meæ; † fiduciáliter agam et non timébo: quia fortitúdo mea et laus mea Dóminus, et factus est mihi in salutem.

Ad Nonam

Exáudi, Dómine; placáre, Dómine, atténde et fac: † ne moréris propter temetípsum, Deus meus: quia nomen tuum invocátum est super civitátem et super pópulum tuum.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Nolíte ante tempus iudicáre quoadúsque véniat Dóminus, qui et illuminábit abscondita tenebrárum et manifestábit consília córdium: Et tunc laus erit unicuíque a Deo.

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT

In I Hebdomada (p. 1194):

PM 48 (OCO 372)

VI

Ecce vé- ni- o ci- to et merces me- a mecum

est, di- cit Dómi- nus: da- re u- ni- cu- í- que se- cúndum ó-

pe- ra su- a. C. Magní- fi- cat * á- nima me- a Dómi- num.

In I Hebdomada (p. 1190):

AG 304 (cf. OCO 372)

IV b

Si- on, re- no- vá- be- ris et vidé- bis iustum tu- um, qui


ventú- rus est in te. C. Magní- fi- cat * á- nima me- a Dómi- num.

In III Hebdomada (p. 1200):


AG 304 (cf. OCO 373)

VIII a

Tu es qui ven- tú- rus es, Dómi- ne, quem expectámus,



ut salvum fá- ci- as pó-pu-lum tu- um. C. Magní-fi-cat * á-



nima me- a Dóminum.

PRECES

In I et III Hebdomada:

Deum Patrem, qui Fílium suum misit, ut pax sine fine nobis
afferrétur, súpplīces deprecémur: *Advéniat regnum tuum, Dómine.*

Réspice, Pater sancte, Ecclésiā tuā,

— veni et vísita véneam istā, quam plantávit dēxtera tuā.

Recordáre, fidélis Deus, ómnium filiórū Abrahæ,

— et promissiónem pátribus eórū factā adímple.

Réspice, clementíssime Deus, in omnes gentes,

— ut te honórent super misericórdia tuā.

Vísita, Pastor ætérne, oves gregis tui,

— et omnes cóngrega in locum páscuæ tuæ.

Meménto étiam ómnium qui in tua pace abiérunt ex hoc mundo:

— in glóriam cum Fílio tuo eos admítte.

Pater noster *in tono simplici.*

In II Hebdomada:

Iesum Christum, fratres caríssimi, rogémus humíliter, qui nos a
ténébris peccatórum redémit, et fidénter invocémus:

Veni, Dómine Iesu.

Cóngrega, Dómine, pópulos de univérſis terris,

— et cum eis pactum sempitérnum confírma.

Agnus Dei, qui olim venísti peccáta tóllere mundi,

— aufer a nobis omem colluvióne delícti.

Qui venísti redímere quod períerat,

— íterum sic vénias ut redémpta non púnias.

Tecum, quem fides nostra inténdit,

— gáudium perpétuum cum véneris, habeámus.

Qui iudicatúrus es vivos et mórtuos,

— fratres defúnctos inter ágmina beatórum admítte propítius.

Pater noster *in tono simplici.*

Oratio ut ad Laudes matutinas.

FERIA V

Responsoria prolixa ad Officium lectionum: Post lectionem primam, Audite verbum, AJ 1:143 (LH 1: 277); post lectionem secundam, Sicut mater, AJ 153 (LH 1: 192).

Ad Laudes matutinas


LECTIO BREVIS

Roráte, cæli, désuper, et nubes pluant iustítiam; aperiátur terra,
et gérmīnet salvatióne: et iustítia oriátur simul.

ANTIPHONA AD BENEDICTUS

In I Hebdomada (p. 1155):


AG 297 (cf. OCO 372)




Expectábo Dómi-num salva- tó- rem me- um, et præ-



sto-lá-bor e- um dum pro-pe est, al-le- lú-ia. C. Be-ne-díctus



Dómi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptióne




ple-bis su- æ.

In II Hebdomada (p. 1149):


AG 831 (cf. OCO 372)



Inter na-tos mu-lí-e-rum non surré-xit ma-ior Io-




ánne Ba-ptísta. C. Be-nedíctus Dómi-nus De- us Isra- ël, * qui-



a visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

In III Hebdomada (p. 1143):


AG 319 (cf. OCO 373)



Consúrge, consúrge, indu- e- re for-ti- tú-di-nem, brá-



chi- um Dómi-ni. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- ël, *



quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

In I et III Hebdomada:

Christum, sapiéntiam et virtútem Dei, cuius delíciæ esse cum fíliis
hómínum, fidénter exorémus: *Prope nobis esto, Dómine.*
Dómine Iesu Christe, qui vocásti nos in regnum claritátis tuæ,

—fac ut ambulémus digne Deo per ómnia placéntes.

Tu, qui mundo ignótus stas in médio nostri,

—homínibus manifésta vultum tuum.

Tu, qui própior es nobis quam nosmetípsi,

—confirma in córdibus nostris fidúciam et spem salutis.

Tu, qui es fons sanctitátis,

—serva nos sanctos et immaculátos in diem advéntus tui.

Pater noster *in tono simplici.**In II Hebdomada:*Deum Patrem, fratres caríssimi, implorántes, qui mísit Fílium
suum ad salvándos hómínes, súplices acclamémus:*Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.*Christum tuum, Pater clementíssime, quem plena fide os nostrum
annúnciat,

—conversátio nostra ópere ne despíciat.

Qui Fílium tuum misísti ad salutem,

—univérsum aufer a fácie terræ et a civitaté ista dolórem.

Terra nostra, advéntu Fílii tui iucunditáte perfúsa,

—tuæ plenitúdinis gáudium ubérius experiátur.

Per misericórdiam tuam, fac ut nos pie et sóbrie in hoc sáculo
vivámus,

—exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ Christi.

Pater noster *in tono simplici.*

ORATIO

In I Hebdomada:

Excita, Dómine, poténtiam tuam, et magna nobis virtúte succúrre;
ut, quod nostra peccáta præpédiunt, grátia tuæ propitiatiónis
accéleret: Per Dóminum.

In II Hebdomada:

Excita, Dómine, corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias;
ut, per eius advéntum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur: Per
Dóminum.

In III Hebdomada:

Indígnos, quæsumus, Dómine, nos famúlos tuos, quos actiúnis

própriæ culpa contrístat; Unigéniti tui advéntu salutári lætífica: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Dominátor in Israël stabit et pascet in fortitúdine Dómini, † in sublimitáte nóminis Dómini Dei sui: et habitábunt secúre, quia nunc magnus erit usque ad términos terræ, et erit iste pax.

Ad Sextam

Adhuc unum módicum est, et ego commovébo cælum et terram et mare et áridam. † Maior erit glória domus istíus novíssima plus quam prima: et in loco isto dabo pacem, dicit Dóminus exercítuum.

Ad Nonam

Oriétur vobis timéntibus nomen meum sol iustítiae et sánitas in pennis eius; † et egrediémini et saliétis sicut vítuli sagináti: dicit Dóminus exercítuum.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Patiéntes estóte, fratres, usque ad advéntum Dómini. Ecce agrícola expéctat pretiósum fructum terræ: patiénter ferens donec accípiat temporáneum et serótinum. Patiéntes ígitur estóte et vos, et confirmáte corda vestra: quóniam advéntus Dómini appropinquávit. Ecce iudex ante iánuam assístit.


ANTIPHONA AD MAGNIFICAT

In I Hebdomada (p. 1190):

AG 297 (cf. OCO 372)

IV b 


Be-ne-dícta tu in mu-lí- e- ri-bus, et be-ne-díc-tus fru-



ctus ventris tu- i. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

In II Hebdomada (p. 1190):


AG 303 (cf. OCO 372)

IV b 

Super te Ie-rú-sa-lem o-ri- é-tur Dómi-nus, et gló-




ri- a e- ius in te vi-dé-bi-tur. C. Magní-fi-cat * á-nima me-




a Dómi-num.

In III Hebdomada (p. 1192):


AG 323 (cf. OCO 373)

V 

Læ-támi- ni cum Ie-rú-sa-lem, et exsul- tá-te in e- a,



omnes qui di- lí-gi- tis e- am, in æ-térnum, C. Magní-fi-cat * á-



nima me- a Dómi-num.

PRECES

In I et III Hebdomada:

Fratres caríssimi, Christum, lucem magnum, implorémus, quam prophétæ habitántibus in umbra mortis promisérunt, et acclamémus: *Veni, Dómine Iesu.*

O Verbum Dei, quod ab inítkio ómnia creásti, et in novíssimis diébus natúram nostram assumpsísti,

— veni et salva nos a morte.

Lumen verum, omnem hóminem illúminans,

— veni et díssipa ténebras ignorántiæ nostræ.

Fili unigénite, qui es in sinu Patris,

— veni et enárta nobis benevoléntiam Dei.

Christe Iesu, qui ut Fílius hóminis ad nos venísti,

— te recipiéntes fílios Dei éffice.

Qui áperis portas ómnium cárcerum,

— in cenáculum nuptiárum eos admítte, qui ad iánuas mendícant.

Pater noster *in tono simplici.*

In II Hebdomada:

Christum Dóminum, fratres caríssimi, qui propter nos humiliávit semetípsum, invocémus, cum exsultatióne dicéntes:

Veni, Dómine Iesu.

Dómine Iesu, qui advéntu tuo subveníre dignátus es mundo,

— ánimas nostras et córpora a delícto purífica.

Quos mystério incarnatiónis tuæ non confúnderis fratres vocáre,

— aliénos a te éffici ne síveris.

Tales nos rediméndos státuas,

— quales iudicándos non púnias.

Christe, a cuius divítiis bonitátis et pietátis nihil témporis vacat,

— fac nos percípere immarcescibilem glóriæ corónam.

Commendámus tibi, Dómine, ánimas eórum, qui córporis néxibus absolúti sunt:

— defúnti sáculo tibi vivant in ætérnum.

Pater noster *in tono simplici.*

Oratio ut ad Laudes matutinas.

FERIA VI

Si Feria VI occurit post diem 16 decembris, omnia ut ad diem correspondentem, p. 63seq.

Responsoria prolixa ad Officium lectionum: Post lectionem primum, Nascetur nobis parulus, AJ 2:620 (LH 1:302); post lectionem secundam, Non discedamus, AJ 1: 183 (LH 1: 153.

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Hæc dicit Dóminus: Erit dux eius ex Iacob, et princeps de médio eius procedet; et applicábo eum, et accédet ad me. Et éritis mihi in pópulum, et ego ero vobis in Deum.

ANTIPHONA AD BENEDICTUS

In I Hebdomada (p. 1137):

AG 297 (cf. 372)

Ec-ce vé-ni- et De-us et homo, de domo Da-

vid, se-dé-re in thro-no, al-le-lú-ia. C. Be-ne-díctus

Dómi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiõem

ple-bis su- æ.


In II Hebdomada (p. 1140):

AG 304 (cf. 372)

Dí-ci- te: Pu-sil-lá-nimes, confortá- mi- ni: ecce Dómi-




nus De- us noster vé-ni- et. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Is-




ra- ðl, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

In III Hebdomada (p. 1155):


AG 320 (cf. OCO 373)




Expecté- tur, sic-ut plú-vi- a, e-lóqui- um Dómi-ni:



descéndat super nos sic-ut ros, De- us noster. C. Be-ne-díctus



Dómi-nus De- us Isra- ðl, * quia visitávit et fecit redemptiónem



ple-bis su- æ.

PRECES

In I et III Hebdomada:

Deus Pater glóriam suam per Fílium homínibus revelándam
decrévit. Ideo festíve acclamémus:

Glorificétur nomen tuum, Dómine.

Fac ut discámus, Dómine, nos ívicem suscípere,
—sicut et Christus suscépit nos in honórem Dei.

Reple nos omni gáudio et pace in credéndo,
—ut ambulémus in spe et virtúte Spíritus Sancti.
Omnibus súbveni, Dómine, secúndum multitudínem miseratiónum
tuárum,
—óbviám fias illis qui, licet íncii, te exspéctant.
Qui vocas et sanctíficas eléctos,
—nos peccatóres coronándos beatitúdine æténa sustólle.
Pater noster *in tono simplici.*

In II Hebdomada:

Christum redemptórem exorémus, fratres dilectíssimi, qui venit ut
nos grátia advéntus sui iustificáret, vocémque cum iúbilo
innovémus: *Veni, Dómine Iesu.*

Qui olim prophetárum vaticínio in carne prædíctus es nascitúrus,
—nascéntia virtútum in nos corróbora.

Præsta nobis ut, qui tuam prædicámus salútem,
—in te salvatiónem habeámus.

Qui venísti contrítis corde medéri,
—pópuli tui sana languóres.

Qui cum venísti reconciliáre dignátus es mundum,
—ad iudícium véniens ab omni nos pœnárum líbera cruciátu.

Pater noster *in tono simplici.*

ORATIO

In I Hebdomada:

Excita, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut, ab
imminéntibus peccátorum nostrórum perículis; te mereámur
protegénte éripi, te liberánte salvári: Qui vivis et regnas.

In II Hebdomada:

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: plebi tuæ advéntum
Unigéniti tui cum summa vigilántia exspéctare; ut, sicut ipse dócuit
auctor nostræ salútis, accénsis lampádibus in eius occúrsum
vigilántes properémus: Per Dóminum.

In III Hebdomada

Præveníat nos, omnípotens Deus; tua grátia semper atque
subsequátur: ut, qui advéntum Unigéniti tui summo cordis desidério

sustinémus; et præsentis vitæ subsídia et futúráe páriter consequámur:
Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Ego scio cogitatiónes, quas ego cógito super vos, ait Dóminus, † cogitatiónes pacis et non afflictiónis, ut dem vobis posteritátem et spem. Quærétis me et inveniétis, cum quæsieritis me in toto corde vestro.

Ad Sextam

Hæc dicit Dóminus: † Ecce ego convértam sortem tabernaculórum Iacob: et tectis eius miserébor.

Ad Nonam

Noli memor esse iniquitátum patrum nostrórum, † sed memor esto manus tuæ et nóminis tui in hoc témpore: quia tu es Dóminus Deus noster.

Ad Vesperas


LECTIO BREVIS

Unus dies apud Dóminum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. Non tardat Dóminus promissionem suam sicut quidam exístimant: sed patiénter agit propter vos, nolens áliquos períre, sed omnes ad pæniténtiam revérte.


Antiphona ad Magnificat

In I Hebdomada (p. 1190)


AG 298 (cf. OCO 372)



Ex Ægypto vocá-vi Fí-li-um me- um: vé-ni- et ut



sal- vet pó-pu- lum su- um. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dó-




mi-num.

In II Hebdomada (p. 1192):

AG 314 (cf. OCO 372)



Hauri- é- tis aquas in gáu-di- o de fón-ti-bus Salva-




tó- ris. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

In III Hebdomada (p. 1178, 1180):


AM 224 (OCO 373)



Hoc est tes-timó- ni- um quod per-hí-bu- it Io- án-



nes: Qui post me ve- nit, ante me factus est. C. Magní-fi-cat *



á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

In I et III Hebdomada:

Pastórem et episcopum animárum nostrárum Christum fidénter
 invocémus: *Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua.*
 Bone pastor gregis Dei,
 — veni ad hómines cunctos in tuam Ecclésiám adunándos.
 Súbveni, Dómine, peregrinántis tui pópuli pastóribus,
 — ut gregem tuum sédulo pascant donec vénias.
 Elige ex nobis præcónes verbi tui,
 — ut Evangélium tuum annúntient usque ad extrémum terræ.
 Miserére ómnium qui labórant et defíciunt in via,
 — fac ut amícum invéniant, qui sibi subvéniat.
 Osténde glóriam tuam in páscuis cæléstibus,
 — eis qui vocem tuam in hoc sæculo audiérunt.
 Pater noster *in tono simplici.*

In II Hebdomada:

Redemptórem nostrum, qui venit ad páuperes evangelizándos, cum
 fervóre rogémus dicétes: *Videant omnes glóriam tuam.*
 Manifésta teípsum ómnibus qui te non cognovérunt,
 — ut vídeant salutáre tuum.
 Nomen tuum usque ad terræ términos nuntiétur,
 — ut omnes hómines sémitas tuas invéniant.
 Qui ad hoc primum venísti, ut mundum redímeres,
 — ad hoc íterum vénias, ut credétes in te pro méritis non
 condémnes.
 Libertátem quam rediméndis rédimens contulísti,
 — redemptionis conservatióne defénde.
 Qui olim venísti nascitúrus in carne et íterum vénies ad faciéndum
 iudícium,
 — præsta, ut cum véneris ætérnam defúctos próvehas ad mercédem.
 Pater noster *in tono simplici.*

Oratio ut ad Laudes matutinas.

SABBATO

*Si Sabbatum occurit post diem 16 decembris, omnia ut ad diem
 correspondentem, p. 63seq.**Responsoria proluxa ad Officium lectionum: Post lectionem**primum, Suscipe verbum, AJ 1:619 (LH 1: 283); post lectionem
 secundam, Beatam me dicent, AJ 2 Supp. 24 (LH 1: 296).***Ad Laudes matutinas**


LECTIO BREVIS

Egrediétur virga de stirpe Iesse, et flos de radíce eius ascéndet;
 et requiescet super eum spíritus Dómini: spíritus sapiéntiæ et
 intelléctus, spíritus consílii et fortitúdinis, spíritus sciéntiæ et
 timóris Dómini: et delíciæ eius in timóre Dómini.


ANTIPHONA AD BENEDICTUS

In I Hebdomada (p. 1155):


AG 999 (cf. OCO 372)



Exí-bunt aquæ vi-væ de Ie-rú-sa-lem: et e-rit Dó-




minus Rex super omnem terram. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De-



us Isra-ël, * quia visitávit et fecit redemptionem ple-bis su- æ.

In II Hebdomada (p. 1137):


AG 305 (cf. OCO 372)



Le- vá- bit Dómi-nus signum in na-ti- ó-ni-bus, et con-



gregá- bit dispérsos Isra-ël. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us



Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiõnem ple-bis su- æ.

PRECES

In I Hebdomada:

Deum Patrem, qui antíqua dispositiõne pópulum suum salváre stáuit, orémus dicétes: *Custódi plebem tuam, Dómine.*

Deus, qui pópulo tuo germen iustítiae promísisti,
—custódi sanctitátem Ecclésiæ tuæ.

Inclína cor hóminum, Deus, in verbum tuum,
—et confírma fidéles tuos sine queréla in sanctitáte.

Consérva nos in dilectiõne Spíritus tui,
—ut Fílii tui, qui ventúrus est, misericórdiam suscipiámus.

Confírma nos, Deus clementíssime, usque in finem,
—in diem advéntus Dómini Iesu Christi.

Pater noster *in tono simplici.*

In II Hebdomada:

Christum redemptórem, fratres caríssimi, devotiõne mentis orémus, qui véniet cum glória et potestáte magna, atque súpplices invocémus: *Veni, Dómine Iesu.*

Christe Dómine, qui excélsus in fortitúdine vénies, réspice humília nostra,

—ut dignos nos fácias munéribus tuis.

Qui Evangélium homínibus manifestáre venísti,
—da tuam nos semper prædicáre salutem.

Tu, qui es benedíctus et vivis et ómnia regis,
—da nos gaudétes exspectáre beátam spem et advéntum magnificétiæ tuæ.

Et nos, qui advéntus tui grátiae anhelámus,
—divinitátis tuæ múnere consoláre.

Pater noster *in tono simplici.*

ORATIO

In I Hebdomada:

Deus, qui, ad liberándum humánum genus a vetustátis condiciõne;

Unigénitum tuum in hunc mundum misísti: largíre devóte exspectántibus supérnæ tuæ grátiam pietátis; ut ad veræ perveniámus præmium libertátis: Per Dóminum.

In II Hebdomada:

Oriátur, quæsumus, omnípotens Deus: in córdibus nostris splendor glóriæ tuæ; ut, omni noctis obscuritáte subláta, filios nos esse lucis Unigéniti tui maniféstet advéntus: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

In die illa erit germen Dómini in splendórem et glóriam † et fructus terræ sublímis et exsultátiõ his: qui salváti fúerint de Israël.

Ad Sextam

Omnis qui relíctus fúerit in Sion et resíduus in Ierúsalem, † sanctus vocábitur, omnis: qui scriptus est ad vitam in Ierúsalem.

Ad Nonam


Sicut terra profert germen suum † et sicut hortus semen suum germinat: sic Dóminus Deus germinábit iustítiam et laudem coram univérstis géntibus.

TEMPUS ADVENTUS
II. POST DIEM 16 DECEMBRIS

Ad Invitatorium

Antiphona in feriis: (Ps. t. 6a, p. 1125)

AJ 1: 60 (cf. LHR 10)




Pro-pe est iam Dómi-nus: Vení-te ad-o-rémus. *Ps.* Vení-te.

Responsoria prolixa ad Officium lectionum, secundum feria hebdomadae sicut in diebus ante diem 17 decembris.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS


cf. AG 72



1. Magnis prophé-tæ vóci-bus vení-re Christum núnti- ant,



læ-tæ sa-lú-tis præ-vi-a, qua nos red-é-mit, grá-ti-a.



2. Hinc ma-ne nostrum prómi-cat et corda læ-ta ex-ástu- ant,



cum vox fi-dé-lis pérso-nat præ-nun-ti-á-trix gló-ri-æ.




3. Advén-tus hic pri-mus fu-it, pu-ní-re quo non sáe-cu-lum



ve-nit, sed ul-cus térge-re, sal-vándo quod pe-rí-e-rat.



4. At nos se-cúndus præmo-net ad-é-esse Christum iá-nu-is,




sanctis co-ró-nas réd-de-re cæ-lí-que regna pánde-re.



5. Æ-térna lux pro-mit-ti-tur si-dúsque salvans pró-mi-tur;



iam nos iu-bar præ-fúlgi-dum ad ius vo-cat cæ-lé-sti-um.




6. Te, Chri-ste, so-lum quæ-rimus vi-dé-re, sicut es De-us,




ut perpes hæc sit ví-si-o pe-rénne laudis cánti-cum. A-men.

RESPONSORIA BREVIA

In Dominicis: AG 38




Chri-ste, Fí-li De-i vi-vi,* Mi-se-ré-re no-bis.



Christe. Qui ven-tu-rus es in mundum.* Mi-se-ré-re no-bis.




Glo-ri-a Pa-tri et Fí-li-o, et Spí-ri-tu-i Sancto.




Chri-ste.


In diebus ferialibus: AG 60



Su-per te Ie-rú-sa-lem* O-ri-é-tur Dómi-nus. ¶ Et gló-



ri-a e-ius in te vi-dé-bi-tur.* O-ri-é-tur Dómi-nus.




Gló-ri-a. Su-per te.

Ad Horas medias

Antiphonæ et versus ut ante diem 16 decembris, pp. ? seq.

Ad Tertiam

HYMNUS cf. AG 148



1. Certum te-nétes ór-di-nem, pi-o poscá-mus pécto-re



ho-ra di-é-i tér-ti-a tri-næ vir-tú-tis gló-ri-am,

2. Ut simus habitáculum
illi Sancto Spírítui,
qui quondam in apóstolis
hac hora distribútus est.

3. Hoc gradiénte ór-dine,
ornávit cuncta spléndide
regni cæléstis cónditor
ad nostra ætérna præmia.

4. Deo Patri sit glória
eiusque soli Fílio
cum Spírítu Paráclito,
in sempitérna sácula. Amen.

Ad Sextam

HYMNUS cf. AG 153



1. Di-cámus laudes Dómi-no fervénte prompti spí-ri-tu;



ho-ra vo-lú-ta sé-xi es nos ad o-rándum pró-vo-cat.

2. In hac enim fidélibus
veræ salútis glória,
beáti Agni hóstia,
crucis virtúte rédditur.


3. Cuius luce claríssima
tenébricat merídiés;
sumámus toto pectore
tanti splendóris grátiam.

4. Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sácula. Amen.

Ad Nonam

HYMNUS

cf. AG 158



1. Ternis ho-rá-rum térmi-nis vo-lú-tis, dan-te Dómi-no,



tri-num per-fé-cte et ú-ni-cum i-psum de-vó-ti psál-li-mus.

2. Sacrum Dei mystérium
puro tenétes pectore,
Petri magístri régula
signo salútis pródita,


3. Et nos psallámus spíritu,
hærétes sic apóstolis,
ut plantas adhuc débiles
Christi virtúte dírigant.

4. Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sácula. Amen.

Ad Vesperas

HYMNUS


cf. AG 72



1. Verbum sa-lú-tis ómni-um, Pa-tris ab o-re pró-di-ens,




Vir-go be-á-ta, sú-sci-pe ca-sto, Ma-rí-a, vísce-re.



2. Te nunc il-lú-strat cæ-li-tus umbra fe-cúndi Spí-ri-tus,



ge-stes ut Chri-stum Dómi-num, æquá-lem Pa-tri Fí-li-um.



3. Hæc est sa-crá-ti iá-nu-a templi se-rá-ta iú-gi-ter,




so-li su-prémo Prín-ci-pi pandens be-á-ta lí-mi-na.



4. O-lim pro-mís-sus vá-ti-bus, na-tus an-te lu-cí-fe-rum,




quem Gá-bri-el an-nún-ti-at, ter-ris descéndit Dómi-nus.




5. Læ-tén-tur si-mul án-ge-li, omnes exsúl-tent pó-pu-li:



excél-sus ve- nit húmi- lis sal-vá- re quod pe- rí- e- rat.



6. Sit, Chri- ste, rex pi- ís- si-me, ti- bi Pa- tríque gló- ri- a




cum Spí- ri- tu Pa- rácli- to, in sempi- térna sáe- cu- la. A- men.

RESPONSORIUM BREVE

In Dominicis et feriis:


AG 53



IV Osténde no- bis, Dómi- ne, * Mi- se- ri- cór- di- am tu- am.



Ÿ Et sa- lu- tá- re tu- um da no- bis. * Mi- se- ri- cór- di- am tu-



am. Gló- ri- a. Osténde.

**PROPRIUM DE FERIIS ADVENTUS
POST DIEM 16 DECEMBRIS**

DIE 17 DECEMBRIS

Ad Officium lectionum

Ÿ Annúntiat Dóminus verbum suum Iacob.
Ź Iustítias et iudícia sua Israël.


Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Egrediétur virga de stirpe Iesse, et flos de radíce eius ascéndet; et requiescet super eum spíritus Dómini: spíritus sapiéntiæ et intelléctus, spíritus consílii et fortitúdinis, spíritus sciéntiæ et timóris Dómini: et delíciæ eius in timóre Dómini.


Ad Benedictus, ant. (p. 1170)

AG 334 (cf. OCO 374)




VIII a

Sci- tó- te qui- a pro- pe est regnum De- i; a- men di- co



vo- bis qui- a non tardá- bit. C. Be- ne- díctus Dómi- nus De- us Is-



ra- ðl, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple- bis su- æ.

PRECES

Deum Patrem, qui antíqua dispositióne pópulum suum salváre stáruit, orémus dicéntes: *Custódi plebem tuam, Dómine.*

Deus, qui pópulo tuo germen iustítiae promísisti,
 — custódi sanctitátem Ecclésiæ tuæ.
 Inclína cor hóminum, Deus, in verbum tuum,
 — et confírma fidéles tuos sine queréla in sanctitáte.
 Consérva nos in dilectióne Spíritus tui,
 — ut Fílii tui, qui ventúrus est, misericórdiam suscipiámus.
 Confírma nos, Deus clementíssime, usque in finem,
 — in diem advéntus Dómini nostri Iesu Christi.
 Pater noster *in tono simplici*.

Oratio

Deus, humánæ cónditor et redémptor natúræ; qui Verbum tuum
 in útero perpétuæ virginitátis carnem assúmere voluísti: réspice
 propítius ad preces nostras; ut Unigénitus tuus, nostra humanitáte
 suscépta, nos divíno suo consórtio sociáre dignétur: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

In die illa erit germen Dómini in splendórem † et glóriam et
 fructus terræ sublímis et exsultátio his: qui salváti fúerint de Israël.

Ad Sextam

Omnis qui relíctus fúerit in Sion et resíduus in Ierúsalem, †
 sanctus vocábitur: omnis, qui scriptus est ad vitam in Ierúsalem.

Ad Nonam

Sicut terra profert germen suum † et sicut hortus semen suum
 géminat: sic Dóminus Deus germinábit iustítiam et laudem coram
 univérsis géntibus.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Ipse Deus pacis sanctíficet vos per ómnia: ut ínteger spíritus
 vester; et ánima et corpus sine queréla in advéntu Dómini nostri

Iesu Christi servétur. Fidélis est qui vocávit vos, qui étiam faciét.

Ad Magnificat, ant. (p. 1182)

AG 309 (cf. OCO 374)

O Sa-pi-én-ti-a, quæ ex o-re Al-tíssi-mi pro-di-
 í-sti, at-tíngens a fi-ne usque ad fi-nem, fór-ti-ter,
 su- a-vi-térque dispó-nens ómni- a: ve-ni ad do-cén-dum
 nos vi- am pru-dén-ti- æ. C. Magní-fi-cat * á-ni-ma me- a
 Dómi-num.

PRECES

Christum, gáudium et exultatióem ómnium eum expectántium,
 invocémus, dicétes: *Veni, Dómine, et noli tardáre.*

Læti expectámus advéntum tuum,

— veni, Dómine, Iesu.

Tu, qui es ante sácula,

— veni ad salvándum nos in hoc sáculo.

Tu, qui creásti mundum et omnes qui hábitant in eo,

— veni ad rediméndum opus mánuum tuárum.

Qui nostram non horruísti mortálem natúrám,

— veni ad eripiéndum nos a mortis império.

Qui venísti ut vitam superabundántem haberémus,

— veni nobisque dona tuam vitam ætérnam.
 Qui omnes hómines in regnum tuum adunáre voluísti,
 — veni ad congregándum eos qui vultus tui visiónem expéctant.
 Pater noster *in tono simplici*.
Oratio ut ad Laudes Matutinas.

DIE 18 DECEMBRIS

Ad Officium lectionum

∇. Respícite et leváte cápita vestra.
 ⚡. Quóniam appropínquat redémptio vestra.

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Hora est iam vos de somno súrgere, nunc enim própior est nostra salus quam cum credídimus. Nox præcésit, dies autem appropinquávit. Abiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis.

Ad Benedictus, ant. (p. 1152)

AG 323 (cf. OCO 374)

IV a

Vi-gi-lá-te á-nimo, in pró-xi-mo est Dómi-nus

De- us noster. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- ðl, * qui-

a visitávit et fecit redemptions ple-bis su- æ.

PRECES

Dóminum Iesum Christum, fratres caríssimi, deprecémur, qui est iudex vivórum et mortuórum, eíque fidénter dicámus:

Veni, Dómine Iesu.

Christe Dómine, qui peccatóres salváre venísti,
 — nos ab omni tentatiónum adversitaté defénde.
 Qui ad iudícium maniféste ventúrus esse créderis,
 — poténtiam tuæ salvatiónis in nobis osténde.
 Da nobis legis tuæ præcépta virtúte Spíritus custodíre,
 — ut advéntum tuum in caritaté præstolári possímus.
 Tu, qui es benedíctus et vivis et ómnia regis, fac ut nos per misericórdiam tuam pie et sóbrie in hoc sæculo vivámus,
 — exspectántes beátam spem et advéntum magnificéntiæ tuæ.
 Pater noster *in tono simplici*.

Oratio

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui sub peccáti iugo ex vetústa servitúte deprímimur; expectáta Unigéniti tui nova nativitaté liberémur: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Sicut in die honéste ambulémus: † non in comissatióibus et ebrietátibus, non in cubílibus et impudicítiis, non in contentiÓne et æmulatiÓne: sed indúite Dóminum Iesum Christum.

Ad Sextam

Abundáre vos fáciat Dóminus caritaté in invicem et in omnes, † quemádmódu et nos in vos, ad confirmánda corda vestra sine queréla in sanctitaté ante Deum et Patrem nostrum: in advéntu Dómini nostri Iesu cum ómnibus sanctis eius.

Ad Sextam

Iustum est apud Deum retribuere vobis, † qui tribulámini, réquiem nobíscum in revelatiÓne Dómini Iesu de cælo cum ángelis virtútis eius: cum vénerit glorificári in sanctis suis et admirábilis fieri in ómnibus, qui credidérunt.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Gaudéte in Dómino semper; iterum dico: gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus prope est.

Ad Magnificat, ant. (p. 1182)

AG 310 (cf. OCO 374)

O A-do- ná- i et Dux domus Isra- òl, qui MÓ- y- si
in igne flammæ ru- bi appa-ru- í- sti, et e- i in
Si- na le- gem de- dí- sti: ve- ni ad re- diméndum nos in
brácc- i- o extén- to. C. Magní- fi- cat * á- nima me- a Dóminum.

PRECES

Christum Redemptórem, fratres caríssunum exorémus, qui venit ad salvándos hómines, eíque fidénter dicámus: *Veni, Dómine Iesu.* Christe Dómine, qui per susceptæ mystérium carnis notam fecísti mundo glóriam tuæ divinitátis,
— vivífica nos advéntu tuo.
tu, qui suscepísti infirmitátem nostram,
— concéde nobis misericórdiam tuam.
Qui, primo advéniens húmilis, redemísti mundum a crímine,
— secúndo advéniens, iustificá nos ab omni reátu.
Tu, qui vivis et ómnis regis,
— in bonitáte tua fac nos accédere ad ætérnam hereditátem.
Qui sedes ad déxteram Patris,

— lumine vultus tui ánimas defunctórum lætífica.
Pater noster *in tono simplici.*
Oratio ut ad Laudes Matutinas.

DIE 19 DECEMBRIS

Ad Officium lectionum

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
℞. Et salutáre tuum da nobis.

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Veníte et ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Iacob, ut docéat nos vias suas, et ambulémus in sémitis eius: quia de Sion exíbit lex et verbum Dómini de Ierúsalem.

Ad Benedictus, ant. (p. 1164)

AM 920 (OCO 375)

VII a
Ipse præ- í- bit ante il- lum in spí- ri- tu et vir-
tú- te E- lí- æ, pa- rá- re Dómi- no ple- bem perfé- ctam.
C. Be- ne- díctus Dómi- nus De- us Isra- òl, * quia visitávit et fecit
redemptiónem ple- bis su- æ.

PRECES

Christum redemptórem, fratres caríssimi, deprecémur, qui véniet,

ut redeúntes ad se a mortis potestáte líberet, et súplices implorémus: *Veni, Dómine Iesu.*

Tuum, Dómine, dum annuntiámus advéntum,
— munda cor nostrum ab omni spírítu vanitátis.
Ecclésia tua, Dómine, quam fundásti,
— te per omnes gentes magníficet.
Lex tua, Dómine, illúminans óculos,
— prótegat pópulos tíbimet confiténtes.
Qui gáudia advéntus tui nobis ab Ecclésia prænuntiári concédís,
— fac ut promptíssima devotióne te excipiámus.
.Pater noster *in tono simplici.*

Oratio

Deus, qui splendórem glóriæ tuæ per sacræ Vírginis partum mundo dignátus es reveláre: tribue, quæsumus, ut tantæ incarnatiónis mystérium et fidei integritáte colámus, et devóto semper obséquio frequentémus: Per Dóminum.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Et erit in die illa: † resíduum Israël et, qui effúgerint de domo Iacob, inniténtur super Dóminum Sanctum Israël in veritáte. Relíquiæ reverténtur, reliquiæ Iacob ad Deum fortem.

Ad Sextam

Hæc dicit Dóminus Deus exercítuum: † « Noli timére, pópulus meus habitátor Sion. In die illa auferétur onus de úmero tuo et iugum de collo tuo ».

Ad Sextam

Prope est ut véniat tempus eius, † et dies eius non elongabúntur. Miserébitur enim Dóminus Iacob et Israël salvábitur.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Salvatórem expectámus Dóminum Iesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ configurátum córpori suæ: secúndum operatióne[m] qua étiam possit subícere sibi ómnia.

Ad Magnificat, ant. (p. 1182)

AG 310 (cf. OCO 375)

O Ra-dix Iesse, qui stas in signum po-pu-ló-rum,
su-per quem conti-né-bunt re-ges os su-um, quem gentes
depre-ca-bún-tur: ve-ni ad li-be-rándum nos, iam no-li
tardá-re. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Christo Dómino, fratres caríssimi, supplicémus, qui est iudex vivórum et mortuórum dicamúsque fidénter: *Veni, Dómine, Iesu.* Fac, Dómine, ut iustítiam tuam, quam cæli annúntiant, mundus agnóscat,
— et glória tua hábitet in terra nostra.
Qui infirmári pro nobis dignáris ut homo,
— divinitátis tuæ hómines præmuníre dignéris præsidio,
Veni et sciéntiæ tuæ irrádia splendóre,
— quos in ténebris ignorántiæ tui cónspicis detinéri.
Qui, humiliátus, iniquitátem nostram abstulísti,
— gloriósus, beatitúdiinis præmia nobis largíre.
Qui ventúrus es ad iudícium maniféste,
— defúntcos fratres ad cælórum regnum perdúcas
Pater noster *in tono simplici.*

Oratio ut ad Laudes Matutinas.

DIE 20 DECEMBRIS

Ad Officium lectionum

☩ Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini.
 ☩ Rectas facite semitas Dei nostri.


Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Non auferetur sceptrum de Iuda et baculus ducis de pedibus eius, donec veniat ille, cuius est: et cui erit obediencia gentium.

Ad Benedictus, ant. (p. 1170)


AG 322 (cf. OCO 375)



Missus est Ga-bri-el ange-lus ad Ma-ri-am Virgi-nem



despon-sa- tam Io-seph. C. Be-ne-dictus Do-mi-nus De- us Isra-



ël, * quia visitavit et fecit redemptionem ple-bis su- æ.

PRECES

Christum Dominum rogemus, fratres carissimi, qui est lux
 illuminans omnem hominem, læti clamantes:

Veni, Domine Iesu.

Lux presentiae tuae nostras discutiat tenebras,
 — et nos tuis muneribus dignos efficiat.

Salvos nos fac, Domine Deus noster,
 — ut confiteamur hodie nomini sancto tuo.

Succende corda nostra ut ad te ardenter sistant,
 — tibi que coniungi tota aviditate festinent.

Qui infirmitatem nostram sustulisti,

— infirmis et hodie moribundis succurre.

Pater noster in tono simplici.

Oratio

Deus, cuius ineffabile Verbum, Angelo nuntiante Virgo immaculata suscepit: et, domus divinitatis effecta, Sancti Spiritus luce replatur, quaesumus; ut nos, eius exemplo, voluntati tuae humiliter adherere valeamus: Per Dominum.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, † et suscitabo David germen iustum: et regnabit rex et sapiens erit et faciet iudicium et iustitiam in terra.

Ad Sextam

In diebus illis salvabitur Iuda, et Israel habitabit confidenter; † et hoc est nomen, quod vocabunt eum: Dominus iustitia nostra.

Ad Sextam

Ego pascam oves meas et ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. † Quod perierat, requiram et, quod confractum fuerat, alligabo et: quod infirmum erat, consolidabo et pascam illas in iudicio.


Ad Vesperas

LECTIO BREVIS





Expectamus revelationem Domini nostri Iesu Christi, qui confirmabit nos usque in finem sine crimine, in die adventus Domini nostri Iesu Christi. Fidelis Deus per quem vocati sumus in societatem Filii eius.

Ad Magnificat, ant. (p. 1182)

AG 311 (cf. OCO 375)



O Cla- vis Da- vid, et sceptrum domus Is-ra- ël;



PRECES

Christum redemptórem et Dóminum, fratres dilectíssimi, deprecémur, qui novíssimis diébus maniféste véniet, et cum gáudio implorémus: *Veni, Dómine Iesu.*

Redémptor noster et Dómine, qui nascéndo in carne, iugum a nobis sustulísti legis,

— benefícia tuæ pietátis in nobis adímple.

Qui de nobis suscepísti quod divinitáti tuæ conveníre vidébas,

— de tuo cónferas quod in nos expectátus impértias.

Desidéria nostra præséntiæ tuæ exhibitióné gratífica,

— et accensióne tui amóris cor nostrum inflámma.

Tecum gaudeámus in glória,

— quem hic pura fídei incólimus consciéntia.

Animas ómnium defunctorum

— pietátis tuæ rore perfúnde.

Pater noster *in tono simplici.*

Oratio ut ad Laudes Matutinas.

DIE 21 DECEMBRIS

Ad Officium lectionum

℣. Dómine Deus noster, convérte nos.

℟. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.


Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Ecce Virgo concípiet et páriet fílium, et vocábit nomen eius Emmánuel: butýrum et mel cómedet, ut ipse sciat reprobáre malum et elígere bonum.

Ad Benedictus, ant. (p. 1170)

AG 320 (cf. OCO 375)



PRECES

Dóminum nostrum Iesum Christum, fratres caríssimi, exorémus, qui in sua misericórdia nos vísitat, lætámque vocem iterémus:

Veni, Dómine Iesu.

Qui de sinu Patris egréssus, venísti ut carnis nostræ vestiméntum indúeres,

— líbera quod perierat natúrx vitiátæ contágio..

Qui ventúrus, in eléctis agnoscéris gloriósus,

— nunc véniens, in peccatóribus clemens semper et pius inveniáris.

Gloriántes in láude tua, Christe Dómine,

— vísita nos in salutári tuo.

Qui nos iam eduxísti in lucem per fidem,

— fac nos iustítia tua pro dignis opéribus tibi plácitos.

Pater noster *in tono simplici*.

Oratio

Preces pópuli tui, quásumus, Dómine, cleménte exáudi: ut qui de Unigéniti tui in nostra caren advéntu lætántur; cum vénerit in sua maiestaté, æternæ vitæ præmium consequántur: Per Dóminum.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Oculi sublímnes hómínis humiliabúntur, † et incurvábitur altitúdo virórum: exaltábitur autem Dóminus solus in die illa.

Ad Sextam

Ecce Deus salutis meæ; † fiduciáliter agam et non timébo: quia fortitúdo mea et laus mea Dóminus, et factus est mihi in salutem.

Ad Sextam

Exáudi, Dómine; placáre, Dómine, atténde et fac: † ne moréris propter temetípsum, Deus meus: quia nomen tuum invocátum est super civitátem et super pópulum tuum.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Nolíte ante tempus iudicáre quoadúsque véniat Dóminus, qui et illuminábit abscondita tenebrárum et manifestábit consília córdium. Et tunc laus erit unicuíque a Deo.

Ad Magnificat, ant. (p. 1182)

AG 311 (cf. OCO 375)

O O- ri- ens, splendor lu- cis æ- térnæ et sol

iustí- ti- æ: ve- ni, et il- lúmi- na se- dén- tes in té-
nebris et umbra mor- tis. C. Magní- fi- cat * á- nima me- a Dó-
mi- num.

PRECES

Iesum Christum, fratres caríssimi, rogémus humíliter, qui nos a ténébris peccatórum redémit, et fidénte invocémus:

Veni, Dómine Iesu.

Cóngrega, Dómine, pópulos de univérsis terris,
— et cum eis pactum sempitérnnum confírma.

Agnus Dei, qui olim venísti peccáta tóllere mundi,
— aufer a nobis omem colluvióne delícti.

Qui venísti redímere quod perierat,
— íterum sic vénias ut redémpta non púnias.

Tecum, quem fides nostra inténdit,
— gáudium perpéuum cum véneris, habeámus.

Qui iudicatúrus es vivos et mórtuos,
— fratres defúnctos inter ágmina beatórum admítte propítius.

Pater noster *in tono simplici*.

Oratio ut ad Laudes Matutinas.

DIE 22 DECEMBRIS

Ad Officium lectionum

℣. Audíte verbum Dómini, gentes.

℟. Et annuntiáte illud in fínibus terræ.

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Roráte, cæli, désuper, et nubes pluant iustítiam; aperiátur terra et germinet salvarióne: et iustítia oriátur simul.

Ad Benedictus, ant. (p. 1137)

AG 323 (cf. OCO 375)



Ex quo fa-cta est vox sa-lu-ta-ti-ónis tu-æ in
 áuri-bus me- is, exsul-tá-vit in gáudi-o in-fans in ú-te-
 ro me- o, al-le- lú-ia. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra-
 ðl, * quia visitávit et fecit redemptiÓNem ple-bis su- æ.

PRECES

Christum redemptórem exorémus, fratres dilectíssimi, qui venit ut nos grátia advéntus sui iustificáret, vocémque cum iúbilo innovémus: *Veni, Dómine Iesu.*

Qui olim prophetárum vaticínio in carne prædíctus es nascitúrus, — nascéntia virtútum in nos corróbora.

Præsta nobis ut, qui tuam prædicámus salútem,
 — in te salvarióne habeámus.

Qui venísti contrítis corde medéri,
 — pópuli tui sana languóres.

Qui cum venísti reconciliáre dignátus es mundum,
 — ad iudícium véniens ab omni nos pœnárum líbera cruciátu.
 Pater noster *in tono simplici.*

Oratio

Deus, qui hómíne delápsu in mortem conspíciens: Unigéniti tui advénu redímere voluísti, præsta, quæsumus; ut qui húmili eius incarnatióne devotióne faténtur, ipsíus étiam Redemptóris consórtia mereántur: Per Dóminu.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Dominátor in Israél stabit et pascet in fortitúdi-ne Dómini, † in sublimitáte nóminis Dómini Dei sui: et habitábunt secúre, quia nunc magnus erit usque ad términos terræ, et erit iste pax.

Ad Sextam

Adhuc unum módicu est, et ego commovébo cælum et terram et mare et áridam. † Maior erit glória domus istíus novíssima plus quam prima: et in loco isto dabo pacem, dicit Dóminus exercítuum.

Ad Nonam

Oriétur vobis timéntibus nomen meum sol iustítiæ et sánitas in pennis eius; † et egrediémíni et salíetis sicut vítuli sagináti: dicit Dóminus exercítuum.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Patiéntes estóte, fratres, usque ad advénu Dómini. Ecce agrícóla expéctat pretiósu fructu terræ: patiénter ferens donec accípiat temporáneu et serótinu. Patiéntes ígitur estóte et vos, et confirmáte corda vestra, quóniam advénu Dómini appropinquávit.

Ecce iudex ante iánuam assístit.

Ad Magnificat, ant. (p. 1182)

AG 312 (cf. OCO 375)

O Rex gén-ti- um et de-si-de-rá- tus e- á- rum, la-pís-
que angu-lá-ris, qui fa-cis útra-que u- num: ve-ni et
salva hó- mi-nem, quem de limo formásti. C. Magní-fí- cat *
á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Christum Dóminum, fratres caríssimi, qui propter nos humiliávit semetípsum, invocémus, cum exsultatióne dicétes:

Veni, Dómine Iesu.

Dómine Iesu, qui advéntu tuo subveníre dignátus es mundo,
— ánimas nostras et córpora a delícto purífica.

Quos mystério incarnatiónis tuæ non confúnderis fratres vocáre,
— aliénos a te éffici ne síveris.

Tales nos rediméndos státuas,
— quales iudicándos non púnias.

Christe, a cuius divítiis bonitátis et pietátis nihil témporis vacat,
— fac nos percípere immarcescibilem glóriæ corónam.

Commendámus tibi, Dómine, ánimas eórum, qui córporis nélixibus absolúti sunt:

— defúnci sáculo tibi vivant in atérnum.

Pater noster *in tono simplici.*

Oratio ut ad Laudes Matutinas.

DIE 23 DECEMBRIS

Ad Officium lectionum

℣. Véniat super me misericórdia tua, Dómine.

℟. Salutáre tuum, secúndum elóquium tuum.

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Hæc dicit Dóminus: Erit dux eius ex Iacob, et princeps de médio eius procedet; et applicábo eum, et accédet ad me. Et éritis mihi in pópulum, et ego ero vobis in Deum.

Ad Benedictus, ant. (p. 1170)

AG 98 (cf. OCO 375)

VIII b
Ecce complé-ta sunt ómni- a, quæ dic-ta sunt per
Ange-lum de Vírgi-ne Ma-rí- a. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De-
us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiόνem ple-bis su- æ.

PRECES

Deum Patrem, fratres caríssimi, implorátes, qui misit Fílium suum ad salvándos hómines, súplices acclamémus:

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

Christum tuum, Pater clementíssime, quem plena fide os nostrum annúntiat,

— conversátió nostra ópere ne despíciat.

Qui Fílium tuum misísti ad salútem,

— univérsum aufer a fácie terræ et a civitaté ista dolórem.

Terra nostra advéntu Fílii tui iucunditáte perfúsa,
 — tuæ plenitúdinis gáudium ubérius experiátur.
 Per misericórdiam tuam, fac ut nos pie et sóbrie in hoc sáculo
 vivámus,
 — exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ Christi.
 Pater noster *in tono simplici*.

Oratio

Omnipoténs sempitérne Deus: nativitátem Fílii tui secúndum
 carenem propinquáre cernéntes, quásumus; ut nobis indignis fámulis
 tuis misericórdiam præstet Verbum, quod ex Vírgine María dignátum
 est caro fieri, et habitáre in nobis: Qui tecum.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Ego scio cogitatiónes, quas ego cógito super vos, ait Dóminus, †
 cogitatiónes pacis et non afflictiónis, ut dem vobis posteritátem et
 spem. Quærétis me et inveniétis, cum quæsiéritis me in toto corde
 vestro.

Ad Sextam

Hæc dicit Dóminus: † Ecce ego convértam sortem
 tabernaculórum Iacob: et tectis eius miserébor.

Ad Sextam

Noli memor esse iniquitátum patrum nostrórum, † sed memor
 esto manus tuæ et nóminis tui in hoc témpore: quia tu es Dóminus
 Deus noster.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Unus dies apud Dóminum sicut mille anni, et mille anni sicut dies
 unus. Non tardat Dóminus promissionem suam sicut quidam
 exístimant: sed patiénter agit propter vos, nolens áliquos períre, sed
 omnes ad pæniténtiam revérti.

Ad Magnificat, ant. (p. 1182)

AG 312 (cf. OCO 375)

O Emmá- nu- el, rex et lé-gi- fer noster, ex-pe-
 ctá- ti- o génti- um et salvá- tor e- á- rum: ve- ni ad
 salvándum nos Dómi- ne De- us noster. C. Magní- fi- cat * á-
 nima me- a Dómi- num.

PRECES

Redemptórem nostrum, qui venit ad páuperes evangelizándos, cum
 fervóre rogémus dicéntes: *Videant omnes glóriam tuam.*
 Manifésta teípsum ómnibus qui te non cognovérunt,
 — ut vídeant salutáre tuum.

Nomen tuum usque ad terræ términos nuntiétur,
 — ut omnes hómnes sémitas tuas invéniant.

Qui ad hoc primum venísti, ut mundum redímeres,
 — ad hoc íterum vénias, ut credéntes in te pro méritis non
 condémnes.

Libertátem quam rediméndis rédimens contulísti,
 — redemptiónis conservatióne defénde.

Qui olim venísti nascitúrus in carne et íterum vénies ad faciéndum
 iudícium,

— præsta, ut cum véneris ætérnam defúctos próvehas ad mercédem.

Pater noster *in tono simplici*.

Oratio ut ad Laudes Matutinas.

DIE 24 DECEMBRIS

Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 4a, p. 1114)

Poissy 31^v; cf. AJ 1: 187 (cf. LHR 10)

Hó- di- e sci- é- tis qui- a vé- ni- et Dómi-

nus: et mane vi- dé- bi- tis gló- ri- am e- ius. *Ps.* Vení- te.

Ad Officium lectionum

V̇. Annúntiat Dóminus verbum suum Iacob.

Ṙ. Iustítias et iudícia sua Israë̃l.

Responsoria prolixa: post Lectionem primam, Sanctificamini fili, AJ 1: 118 (LH 1: 308); post Lectionem secundam, Egredietur virga, AJ 1: 619 (LH 1: 309).


Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS


Egrediétur virga de stirpe Iesse, et flos de radíce eius ascéndet; et requiescet super eum Spíritus Dómini: spíritus sapiéntiæ et intelléctus, spíritus consílii et fortitúdinis, spíritus sciéntiæ et timóris Dómini: et delícia eius in timóre Dómini.

RESPONSORIUM BREVE


AG 332



Crásti- na di- e * De- lé- bi- tur in- í- qui- tas terræ. V̇. Et




re- gná- bit su- per nos Sal- vá- tor mundi. * De- lé- bi- tur. Gló-



ri- a. Crásti- na.

Ad Benedictus, ant. (p. 1170)


AG 748 (cf. OCO 375)




O- ri- é- tur sic- ut sol Salvá- tor mundi, et de-



scéndet in ú- te- rum Vírgi- nis, sic- ut imber su- per gramen.



C. Be- ne- díctus Dómi- nus De- us Isra- ë̃l, * quia visitávit et fecit



redemptiónem ple- bis su- æ.

PRECES

Christum redemptórem, fratres caríssimi, devotióne mentis orémus, qui véniet cum glória et potestáte magna, atque súpplices invocémus: *Veni, Dómine Iesu.*

Christe Dómine, qui excélsus in fortitúdone vénies, réspice humília nostra,

— ut dignos nos fácias munéribus tuis.

Qui Evangélium homínibus manifestáre venísti,

— da tuam nos semper prædicare salutem.
 Tu, qui es benedictus et vivis et omnia regis,
 — da nos gaudentes expectare beatam spem et adventum
 magnificentiæ tuæ.
 Et nos, qui adventus tui gratiæ anhelamus,
 — divinitatis tuæ munere consolare.

Oratio

Festina, quæsumus, ne tardaveris, Dómine Iesu; ut adventus tui
 consolatióibus sublevéntur, qui in tua pietate confidunt: Qui vivis et
 regnas cum Deo Patre; in unitate Spíritus Sancti, Deus: per omnia
 sæcula sæculórum Amen.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

In die illa erit germen Dómini in splendórem et glóriam † et
 fructus terræ sublimis et exultatio his: qui salvati fuerint de Israël.

Ad Sextam

Omnis qui relictus fuerit in Sion et residuus in Ierúsalem, †
 sanctus vocabitur, omnis: qui scriptus est ad vitam in Ierúsalem.

Ad Sextam

Sicut terra profert germen suum et sicut hortus semen suum
 germinat, † sic Dóminus Deus germinabit iustitiam: et laudem coram
 univérssis géntibus.

TEMPUS NATIVITATIS**I. USQUE AD SOLLEMNITATEM EPHIPHANIÆ****Ad Invitorium**

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1125)


AJ 1: 227, Poissy MS, fo. 46^r (cf. HLR 19)

Christus na-tus est nobis: Ve-ní-te, ad-o-rémus. Ps. Ve-ní-te.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS

AG 354



1. A so-lis ortus cár-di- ne ad-úsque ter-ræ lí-mi- tem



Christum ca-ná-mus prínci- pem, na- tum Ma-rí- a Vírgi- ne.









2. Be- á- tus auctor sá- cu- li ser-ví- le cor- pus índu- it,



ut car- ne carnem lí-be- rans non pérde- ret quod cóndi- dit.



3. Clausæ pa-rén-tis ví- sce- ra cæ-léstis intrat grá- ti- a;



RESPONSORIUM BREVE

AG 341



No-tum fe-cit Dómi-nus * Alle-lú-ia, al-le-lú-ia. √ Sa-



lu-tá-re su-um. * Alle-lú-ia. Gló-ri-a. No-tum.


Ad Horas medias

Hymni ad Horas medias ut ante diem 16 decembris, pp. 20 seq.

Ad Tertiam

Ant.

GS 73 (OCO 375)



E-rant pa-réntes Ie-su mi-rántes su-per his




quæ di-ce-bán- tur de il-lo. E u o u a e.

∩ Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ, allelúia.

⊗ Et veritátis suæ dómni Israë̄l, allelúia.

Ad Sextam

Ant. AG 384 (cf. OCO 375)



VIII a

Ma-rí- a au-tem conservá-bat ómni- a verba hæc, cón-



fe-rens in corde su-o. E u o u a e.

∩ Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.

⊗ Salutáre Dei nostri, allelúia.


Ad Nonam

Ant. GS 68 (OCO 375 = GS 22!)



VII a

Vi-dé- runt omnes térmi-ni ter-ræ sa- lu-tá- re De- i



nostri. E u o u a e.

∩ Misericórdia et véritas obviavérunt sibi, allelúia.

⊗ Iustítia et pax osculátæ sunt, allelúia.

Ad Vesperas


HYMNUS

Poissy MS, fo. 399^r



I


1. Christe, redémptor ómni- um, ex Patre, Patris U- ni- ce,



so-lus an- te prin- cí- pi- um na- tus in- ef- fá- bí- li- ter,




2. Tu lumen, tu splen- dor Patris, tu spes pe-rénis ómni- um,



intende quas fun- dunt pre-ces tu- i per or-bem sérvu-li.








3. Sa-lú- tis auctor ré-co- le quod nostri quodam córpo- ris,



ex il-li- bá- ta Vírgi-ne nascendo, formam sumpse- ris.




4. Hic præsens te-sta- tur dí- es, currens per an-ni cír-cu- lum,



RESPONSORIUM BREVE

AG 341



Ver-bum ca-ro factum est, * Al-le- lú- ia, al-le-lú-ia. Ț Et




Vel:

AG 341 (POP 692)



Ipse invo-cá-bit me, * Alle- lú- ia, alle- lú-ia. Ț Pa- ter



Die 25 decembris
IN NATIVITATE DOMINI
Solemnitas

Ad I Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 333 (cf. OCO 376)

VIII a

Rex pa- cí- fi-cus magni- fi-cá- tus est, cu- ius vul-tum

de-sí-de- rat u-ni-vér-sa terra. *Ps.* Laudá-te, púeri **Dómi-ni**, *

laudá-te *nomen* **Dómi-ni**.

Psalmus 112

[Laudáte, púeri **Dómi-ni**, *

laudáte *nomen* **Dómi-ni**.]

Sit nomen **Dómi-ni** benedíctum *

ex hoc nunc et usque in **sáeculum**.

A solis ortu usque ad **occásum** *

laudábile *nomen* **Dómi-ni**.

Excélsus super omnes gentes **Dómi-nus**, *

super cælos **glória** eius.

Quis sicut **Dómi-nus** Deus noster, qui in altis **hábitat**, *

et humília réspicit in cælo *et* in **terra**?

Súscitans de terra **ínopem**, *

de stércore **érigens páuperem**,

ut cóllocet eum cum **príncípibus**, *

cum **príncípibus pópulí sui**.

Qui habitáre facit stérilem in **domo**, *
matrem filiórum lætántem.

Ant. 2 AG 334 (cf. OCO 376)

VIII a

Complé-ti sunt di- es Ma- rí- æ ut pá-re-ret Fí- li- um

su- um primogé-ni- tum. Lauda, Ierúsalem, **Dómi-nus**; * col-

láuda Deum *tu-* um, **Si-** on.

Psalmus 147

[Lauda, Ierúsalem, **Dómi-nus**; *
colláuda Deum tuum, Sion.]

Quóniam confortávit seras portárum tuárum, *

benedíxit filiis *tuis* **in** te.

Qui ponit fines tuos **pacem**, *

et ádipe fruménti **sátíat** te.

Qui emíttit elóquium suum **terræ**, *

velóciter currit *verbum* eius.

Qui dat nivem sicut **lanam**, *

prúnam sicut **cínerem spargit**.

Mittit **crystállum** suam sicut **buccéllas**; *

ante fáciem frígoris eius quis **sustinébit**?

Emíttet *verbum* suum et liquefáciat **ea**, *

flabit spíritus eius, et *fluent* **aquæ**.

Qui annúnciat *verbum* suum **Iacob**, *


lustítias et iudícia *sua* **Israël**.

Non fecit táliter omni **natióni**, *


et iudícia sua non manifestávit **eis**.

Ant. 3


AG 308 (cf. OCO 376)




Super só-li- um David et super regnum e-ius se-



dé-bit in æ-térnum, alle-lu-ia. C. Christus Iesus, cum in forma



De- i es-set, * non rapínam arbitrátus est esse se æquá-lem De-



o. [flex]

Canticum

Phil 2:6-11

[Christus Iesus, cum in forma Dei esset, *
non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo,]
sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, †
in similitúdinem hóminum **factus** *
et hábitu invéntus ut **homo**.
Humiliávit semetípsum †
factus obcédiens usque ad **mortem**, *
mortem *autem* **crucis**.
Propter quod et Deus exaltávit illum †
et donávit illi **nomen**, *
quod est super *omne* **nomen**,
ut in nómine Iesu omne genu flectátur *
cæléstium, terréstrium et *infernórum*,
et omnis lingua confiteátur *
quia Dóminus Iesus Christus in glória est *Dei* **Patris**.

LECTIO BREVIS


Ubi venit plenitudo témporis, misit Deus Fílium suum factum ex

mulíere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redímeret: ut
adoptiónem filiórum reciperémus.

*Si non cantatur in Officio Lectionis, Genealogia cantari potest,
loco Lectionis brevis (POP 692).*

RESPONSORIUM BREVE

AG 331




Hó-di- e sci- é- tis * Qui- a vé-ni- et Dómi-nus. √ Et



mane vidé-bi-tis gló-ri- am e-ius. * Qui- a. Gló-ri- a. Hó-di- e.

Vel responsorium prolixum:

AG 335 (POP 691)



℞. Iudæ- a et Ie- rú- sa- lem, no- li- te timé-



re: * Cras e-gre- di- é-mi-ni, † et Dó- mi-nus e-



rit vo-bís- cum. √ Con-






stántes estó- te: vi-dé-bi- tis auxí- li- um Dómi- ni su-



Ad Magnificat, ant. (p. 1200)

AG 337 (cf. OCO 376)



PRECES

Christum adorémus, qui semetípsum exinanívit formam servi accípiens, ac tentátus est per ómnia pro similitúdine absque peccáto. Ardénti fide eum precémur:

Pro nativitate tuam succúrre redéptis.

Qui, mundum ingrédies, ætátem novam a prophétis prædíctam instaurásti,

— fac ut semper in novas ætátes tua iuvenéscat Ecclésia.

Qui húmánam infirmitátem assumpsísti,

— sis cæcis lumen, debílibus fortitúdo, míseris consolátio.

Qui pauper et húmilis násceris,

— réspice páuperes et propítius consoláre.

Qui terréna nativité tua ómnibus de promíssa æternité lætítiam

íngeris,

— cæléstis spe nativítatis moriéntium corda lætífica.

Qui in terram descendísti, ut omnes in cælum addúceres,

— in glória tibi coniúge defúctos.

Pater noster *in tono solemni.*


Oratio

Deus, qui nos redemptiónis nostræ ánnua expectatióne lætíficas; præsta, ut Unigénitum tuum, quem læti suscipimus redemptórem, veniéntem quoque iúdicem secúri vidére mereámur: Per Dóminum.

Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 4b, p. 1118)

MG 21 (cf. LHR 19)






Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1

MG 27 (cf. OCO 376)






pópuli meditáti *sunt ináni-* a? [flex]

Psalmus 2

[Quare fremuerunt gentes, *
 et pópuli meditáti sunt inánia?]
 Astiterunt reges *terrae*, †
 et príncipes convenérunt in **unum** *
 advérsus Dóminum et advérsus *christum eius*:
 « Dirumpámus víncula **eórum**, *
 et proiciámus a nobis *iugum ipsórum!* »
 Qui hábitat in cælis irridébit **eos**, *
 Dóminus subsannábit **eos**.
 Tune loquétur ad eos in ira **sua**, *
 et in furóre suo conturbábit **eos**:
 « Ego autem constítui regem **meum** *
 super Sion, montem *sanctum meum!* »
 Prædicábo decrétum *eius*: †
 Dóminus dixit ad me: « Fílius meus **es tu**, *
 ego hódie *genui* te.
 Póstula a me, et dabo tibi gentes hereditátem **tuam**, *
 et possessiónem tuam *términos terræ*.
 Reges eos in vírga **férrea**, *
 et tamquam vas figuli *confrínges eos* ».
 Et nunc, reges, intelligite, *
 erudímini, qui iudicátis **terram**.
 Servíte Dómino in **timóre**, *
 et exsultáte ei *cum tremóre*.
 Apprehéndite disciplínam, †
 nequándo irascátur, et pereátis de **via**, *
 cum exárserit in brevi *ira eius*.
 Beati, **omnes** *
 qui confídunt in **eo**.


Ant. 2

MG 28 (cf. OCO 376)



VIII a

Tamquam sponsus Dómi-nus pro-cé-dens de thá- lamo



su- o. *Ps.* Cæli enárrant glóriam **De-** i, * et ópera mánuum eius



annúnciat *firmamén-*tum. [flex]

Psalmus 18A

[Cæli enárrant glóriam Dei, *
 et ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum.]
 Dies diéi erúctat **verbum**, *
 et nox nocti *índicat sciéntiam*.
 Non sunt loquélæ neque **sermónes**, *
 quorum non intellegántur **voces**.
 In omnem terram exívit sonus **eórum**, *
 et in fines orbis terræ *verba eórum*.
 Soli pósuit tabernáculum in *eis*, †
 et ipse tamquam sponsus procedens de thálamo **suo**, *
 exsultávit ut gigas ad curréndam **viam**.
 A fínibus cælórum egressio *eius*, †
 et occúrsus eius usque ad fines **eórum**, *
 nec est quod abscondátur a *calóre eius*.

Ant. 3

MG 30 (cf. OCO 376)



I c

Diffú-sa est grá-ti- a in lá-bi- is tu- is, propté-re- a

be-ne-dí-xit te De-us in æ-térnum. *Ps.* Eructávit cor meum
 verbum bonum, † dico ego ópera me- a re- gi. * Lingua mea cá-

lamus scribæ velóci-ter scribén-tis.

Psalmus 44

[Eructávit cor meum verbum bonum, †
 dico ego ópera mea regi. *
 Lingua mea cálamus scribæ velóciter scribéntis.]
 Speciósus forma es præ fíliis hóminum, †
 diffúsa est grátia in lábiis tuis, *
 proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.
 Accíngere gládio tuo super femur tuum, **potentíssime**; *
 splendóre tuo et ornátu tuo prospere procéde;
 currum ascénde propter veritátem et mansuetúdinem et
 iustítiam. *
 Et sagittábit pro te mirabíliter délixtera tua:
 sagíttæ tuæ acútæ †
 —Pópuli **sub** te cadent— *
 in corda inimicórum regis.
 Sedes tua, Deus, in **sæculum sæculi**; *
 sceptrum æquitátis sceptrum **regni tui**.
 Dilexisti iustítiam et odísti iniquitátem, †
 proptérea unxit te Deus, **Deus tuus**, *
 óleo lætitiæ præ consórtibus tuis.
 Myrrha et áloe et cásia ómnia vestiménta tua, *
 e dómibus ebúrneis chordæ delectavérunt te.
 Fíliæ regum inter honorátas tuas; *
 ástitit regína a dextris tuis ornáta auro ex Ophir.

Ÿ. Verbum ca- ro factum est, alle-lú-ia. R̅. Et ha-bi-tá-

vit in no-bis, al-le-lú-ia.

Responsorium prolixum post lectionem primam, Descendit de cælis (POP 691: MG 32); post lectionem secundam, Iudæa et Ierusalem (POP 691, ut ad I Vesperas Nativitatis, p. 100).

In fine huius, ut mos est in traditione liturgica Ordinis nostri, cantus Genealogiæ secundum Evangelium Matthæi 1: 1-16 (Missale O.P., 1965, [111]), cantari potest (POP 692).

Ad Laudes matutinas


PSALMODIA

Ant. 1

AG 338 (cf. OCO 376)

II Quem vi- dí-stis? pastó- res, dí- ci- te; annunti- á- te
 no-bis: In ter-ris quis appá-ru- it? Na- tum ví- dimus et cho-

ros ange-ló- rum col-laudántes Dómi-num, al-le-lú-ia, al-le-



lú-ia. *Ps.* De- us, Deus meus **es** tu; * ad te de luce **ví**gi-lo. [flex]

Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *

ad te de luce vígilo.]

Sitívit in te ánima **mea**, *

te desiderávit caro **mea**.

In terra desérta et árida et inaquósa, †

sic in sancto appáruí **tí**bi, *

ut vidérem virtútem tuam et glóriam **tuam**.

Quóniam mélior est misericórdia tua *super* **vítas**, *

lábía mea *laudábunt* te.

Sic benedícam te in vita **mea**, *

et in nómine tuo levábo *manus* **meas**.

Sicut ádipc et pinguédine repleátur ánima **mea**, *

et lábiis exsultatiónis laudábit *os* **meum**.

Cum memor ero tu; *super* stratum **meum**, *

in matutínis medítábor **de** te,

quia fuísti adiútor **meus**, *

et in velaménto alárum tuárum *exsultábo*.

Adhásit ánima mea **post** te, *


me suscepit *déxtera* **tua**.

Ant. 2


AG 339 (cf. OCO 376)




Ange-lus ad pastó-res a- it: Annúnti- o vo-bis gáu-



dí- um magnum, qui- a na-tus est vo-bis hó- dí- e Salvá- tor



mun-di, al-le-lú-ia. *C.* Benedícite, ómnia ópera **Dó**mini, **Dó**mi-



no; * laudáte et superexaltáte **e**-um in **sæ**cu-la.

Cantica

Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera **Dó**mini, **Dó**mino; *

laudáte et superexaltáte eum in **sæ**cula.]

Benedícite, ángeli **Dó**mini, **Dó**mino; *

benedícite, **cæ**li, **Dó**mino.

Benedícite, aquæ omnes quæ *super* **cæ**los sunt, **Dó**mino; *

benedícite, omnes virtútes **Dó**mini, **Dó**mino.

Benedícite, sol et **luna**, **Dó**mino; *

benedícite, stellæ **cæ**li, **Dó**mino.

Benedícite, omnis imber **et** ros, **Dó**mino; *

benedícite, omnes spíritus **Dei**, **Dó**mino.

Benedícite, ignis **et** æstus, **Dó**mino; *

benedícite, frigus **et** æstus, **Dó**mino.

Benedícite, rores **et** pruína, **Dó**mino; *

benedícite, gelu **et** frigus, **Dó**mino.

Benedícite, glácies **et** **nives**, **Dó**mino; *

benedícite, noctes **et** **dies**, **Dó**mino.

Benedícite, lux **et** **té**nebræ, **Dó**mino; *

benedícite, fúlgura **et** **nubes**, **Dó**mino.

Benedícat **terra** **Dó**minum; *

laudet **et** superexáltet eum in **sæ**cula.

Benedícite, montes **et** **colles**, **Dó**mino; *

benedícite, universa germinántia in **terra** **Dó**mino.

Benedícite, **fontes**, **Dó**mino; *

benedícite, mária **et** **flú**mina, **Dó**mino.

Benedícite, cete **et** ómnia quæ movéntur in **a**quis, **Dó**mino; *

benedícite, omnes vólucres **cæ**li, **Dó**mino.

Benedícite, omnes béstiæ **et** **pé**cora, **Dó**mino; *

benedícite, fílii **hó**minum **Dó**mino.

Benedícat **Israël Dómino**; *

laudet et superexáltet eum in **sæcula**.

Benedícite, sacerdótes **Dómini Dómino**; *

benedícite, servi **Dómini, Dómino**.

Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, **Dómino**; *

benedícite, sancti et húmiles **corde, Dómino**.

Benedícite, Ananía, Azaría, **Mísaël, Dómino**; *

laudáte et superexaltáte eum in **sæcula**.

Benedicámus Patrem et Fílium cum **Sancto Spíritu**; *

laudémus et superexaltémus eum in **sæcula**.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto **cæli**; *

et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in **sæcula**.

Ant. 3

AG 340 (cf. OCO 376)

VIII a

Párvu- lus fí- li- us hó- di- e na- tus est no- bis, et vo-
cá- bi- tur De- us for- tis, al- le- lú- ia, al- le- lú- ia. *Ps.* Cantáte Dó-
mino cánticum **no-** vum; * laus eius in ecclési- a **sanctó-** rum.

Psalm 149

[Cantáte Dómino cánticum novum; *

laus eius in ecclésia sanctorum.]

Lætétur **Israël** in eo qui fecit eum, *

et filii Sion exsúltent in **rege suo**.

Laudent nomen eius in **choro**, *

in tympano et cíthara *psallant ei*.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **suo**, *

et honorábit mansuétos *in salútem*.

Iúbilent sancti in **glória**, *

læténtur in cubílibus **suis**.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum, *

et gládii ancípites in *mánibus* eórum,

ad faciéndam vindíctam in natióibus, *

castigatiónes in **pópulis**,

ad alligándos reges eórum in **compédibus**, *

et nóbiles eórum in *mánicis* **férreis**,

ad faciéndum in eis iudícium **conscríptum**: *

glória hæc est ómnibus *sanctis eius*.

LECTIO BREVIS

Multifáriam et multis modis olim Deus locútus pátribus in prophétis, in novíssimis his diébus locútus est nobis in Fílio: quem constituit herédem universórum, per quem fecit et sæcula.

Ad Benedictus, ant. (p. 1170)

AG 340 (cf. OCO 376)

VIII a

Gló- ri- a in excélsis De- o, et in ter- ra pax ho-
mí- ni- bus bo- næ vo- luntá- tis, alle- lú- ia, alle- lú- ia. *C.* Be-
ne- díctus Dómi- nus De- us Isra- òl, * quia visitávit et fecit re-
demptiόνem ple- bis su- æ.

PRECES

Dignis láudibus Verbum Dei celebrémus, ante sæcula exsístens et in témpore nobis natum. Iucúnde acclamémus, dicéntes:

Exsúltet terra, quia venísti.

Christe, Verbum ætérnum, qui in terram descéndens, exsultatiónis rore eam perfudísti,

—lætífica cor nostrum grátiae tuæ visitatióne contínua.

Salvátor noster, qui in nativitate tua, fidelitátem Dei nobis ostendísti,

—concéde nos plena fide promissiónes baptismáles serváre.

Rex cæli et terræ, qui pacem homínibus ab ángelis nuntiári fecísti,

—vitam nostram in tua pace consérva.

Dómine, qui venísti ut esses vitis vera, nobis fructum vitæ producens,

—fac nos iúgiter pálmities in te manéntes, ne simus infructuósi.

Pater noster *in tono solemni*.

Oratio

Da, quæsumus, omnipotens Deus: ut, dum nova incarnáti Verbi tui luce perfúndimur; hoc in nostro respléndeat ópere, quod per fidem fulget in mente: Per Dóminum.


Ad Horam mediam

PSALMODIA


Ad Tertiam

Ant.


GS 73 (OCO 375)




E- rant pa- réntes Ie- su mi- rántes su- per his



quæ di- ce- bán- tur de il- lo. *Ps.* Lex Dómini immaculáta, refí- ci-



ens ánimam, * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam *præstans*




párvu- lis. [flex]


Ad Sextam

Ant.


AG 384 (cf. OCO 375)




Ma- rí- a au- tem conservá- bat ómni- a verba hæc, cón-



fe- rens in corde su- o. *Ps.* Lex Dómini immaculáta, refí- ciens á-



nimam, * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam *præstans* pár-



vu- lis. [flex]


Ad Nonam

Ant.


GS 68 (OCO 375 = GS 22!)



Vi- dé- runt omnes térmi- ni ter- ræ sa- lu- tá- re De- i



nostri. *Ps.* Lex Dómini immaculáta, re- fí- ci- ens ánimam, * te-



stimónium Dómini fidéle, sapiéntiam *præ- stans* párvu- lis. [flex]

Psalmus 18B

[Lex Dómini immaculáta, reficiens ánimam, *
 testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstáns párvulis.]
 Iustítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda, *
 præcéptum: Dómini lúcidum, illúminans óculos.
 Timor Dómini mundus, pérmanens in sáeculum sáeculi, *
 iudícia Dómini vera, iusta ómnia simul,
 desiderábilia super aurum et lápidem pretiósium multum, *
 et dulcióra super mel et favum stillántem.
 Etenim servus tuus erudítur in eis, *
 in custodiéndis illis retribúto multa.
 Erróres quis intéllegit? †
 Ab occúltis munda me, *
 et a supérbia custódi servum tuum, ne dominétur mei.
 Tunc immaculátus ero, *
 et emundábor a delícto máximo.
 Sint, ut compláceant elóquia oris mei, *
 et meditátio cordis mei in conspéctu tuo.
 Dómine, adiútor meus *
 et redémptor meus.

Psalmus 46

Omnes gentes, pláudite mánibus, *
 iubiláte Deo in voce exsultatiónis.
 Quóniam Dóminus altíssimus, terríbilis, *
 rex magnus super omnem terram.
 Subiécit pópulos nobis, *
 et gentes sub pédibus nostris.
 Elégit nobis hereditátem nostram, *
 glóriam Iacob quem diléxit.
 Ascéndit Deus in iúbilo, *
 et Dóminus in voce tubæ.
 Psállite Deo, psállite; *
 psállite regi nostro, psállite.
 Quóniam rex omnis terræ Deus, *
 psállite sapiénter.

Regnávit Deus super gentes, *
 Deus sedet super sedem sanctam suam.
 Príncipes populórum congregáti sunt *
 cum pópulo Dei Abraham,
 quóniam Dei sunt scuta terræ: *
 veheménter elevátus est.

Psalmus 47

Magnus Dóminus et laudábilis nimis, *
 in civitáte Dei nostri.
 Mons sanctus eius collis speciósus, *
 exsultátio univérsæ terræ.
 Mons Sion, extrémá aquilónis, *
 civitas regis magni.
 Deus in dómibus eius notus *
 factus est ut refúgium.
 Quóniam ecce reges congregáti sunt, *
 convenérunt in unum.
 Ipsi cum vidérunt, sic admiráti sunt, *
 conturbáti sunt, diffugérunt;
 illic tremor apprehéndit eos, *
 dolóres ut parturiéntis.
 In spíritu oriéntis *
 cónteres naves Tharsis.
 Sicut audívimus, sic vidimus in civitáte Dómini virtútum, †
 in civitáte Dei nostri; *
 Deus fundávit eam in ætérnum.
 Recogitámus, Deus, misericórdiam tuam *
 in médio templi tui.
 Secúndum nomen tuum, Deus, †
 sic et laus tua in fines terræ; *
 iustítia plena est délixtera tua.
 Lætétur mons Sion, †
 et exsúltent fíliæ Iudæ *
 propter iudícia tua.
 Circúmdate Sion et complectímmini eam, *
 numeráte turre eius.
 Pónite corda vestra in virtúte eius, †
 et percúrrite domos eius, *
 ut enarrétis in progénie áltera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster †
in ætérnum et in sæculum sæculi: *
ipse ducet nos in

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Appáruit grátia Dei salutáris ómnibus homínibus erúdiens nos, †
ut abnegátes impietátem et sæculária desidéria: sóbrie et iuste et pie
vivámus in hoc sæculo.

Ÿ Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ, allelúia.
℞ Et veritátis suæ dómni Israëli, allelúia.

Ad Sextam

In hoc appáruit cáritas Dei in nobis † quóniam Fílium suum
unigénitum misit Deus in mundum: ut vivámus per eum.

Ÿ Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.
℞ Salutáre Dei nostri, allelúia.

Ad Nonam

Verbum misit Deus filiis Israëli † evangelízans pacem per Iesum
Christum: hic est ómnium Dóminus.

Ÿ Misericórdia et véritas obviavérunt sibi, allelúia.
℞ Iustítia et pax osculátæ sunt, allelúia.

Ad II Vesperas

PSALMODIA


Ant. 1

AG 342 (cf. OCO 376)



I b

Te-cum princí- pi- um in di- e virtú- tis tu- æ, in



splendó- ri- bus sanctó-rum, ex ú- te-ro ante lu- cí- fe- rum gé-
nu- i te. *Ps.* Di-xit Dóminus **Dómino me-** o: * *Sede a dextris*
me- is. [flex]

Psalmus 109: 1–5, 7

[Dixit Dóminus Dómino meo: *
« Sede a dextris meis,]
donec ponam inimícos tuos *
scabéllum pedum tuórum ».
Virgam poténtiæ tuæ emittet Dóminus ex **Sion**: *
domináre in médio inimicórum tuórum.
Tecum principátus in die virtútis tuæ, †
in splendóribus **sanctis**, *
ex útero matutíni velut **rorem genui** te.
Iurávit Dóminus et non pænitébit eum. *
« Tu es sacérdos in ætérnum
secúndum *órdinem Melchisedech* ».
Dóminus a **dextris tuis**, *
conquassábit in die iræ *suæ* **reges**.
De torrénite in **via bibet**, *
proptérea exaltábit **caput**.

Anti. 2

AG 345 (cf. OCO 376)



VI b

A-pud Dómi-num mi- se-ri-córdi- a, et co-pi- ó- sa



a-pud e- um re- dēpti- o. *Ps.* De profūdis clamāvi ad te, **Dó-**



mi-ne; * **Dómine**, exáudi vocem **me-** am. [flex]

Psalmus 129

[De profūdis clamāvi ad te, **Dómine**; *

Dómine, exáudi vocem **meam**.]

Fiant aures tuæ *intendētes* *

in vocem deprecatiónis **meæ**.

Si iniquitátes observáveris, **Dómine**, *

Dómine, *quis sustinébit?*

Quia apud te propitiátio est, *

et **timébimus** te.

Sustínui te, **Dómine**; †

sustínuit ánima mea in *verbo eius*, *

sperávit ánima *mea* in **Dómino**.

Magis quam *custódes auróram*, *

speret *Israël* in **Dómino**.

Quia apud **Dóminum** *misericórdia*, *


et copiósa apud *eum redēptio*.

Et ipse *redimet* **Israël** *

ex ómnibus *iniquitátibus eius*.

Ant. 3


Poissy MS fo. 44^r, cf. AJ 1: 221 (cf. OCO 376)




In princí- pi- o et ante sǎcu-la De- us e-rat Ver-



bum: ipse na-tus est nobis Salvá-tor mundi. *C.* Grá- ti- as agá-



mus Deo **Pa-tri**, * qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum



in **lúmi-ne**. [flex]

Canticum

Col 1: 12–20

[Grátias agámus Deo Patri, *

qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in **lúmine**.]

qui erípuit nos de potestáte tenebrárum *

et tránstulit in regnum Fílii dilectiόνis **suæ**,

in quo habémus redemptiόνem per sánguinem **eius**, *

remissiόνem *peccatórum*.

Qui est imágo Dei invisíbilis, *

primogénitus omnis *creatúre*;

quóniam in ipso cón dita sunt univér sa †

in cælis et in **terra**, *

visibília et invisibília,

sive throni sive dominatiónes *

sive principátus sive *potestátes*:

ómnia per ipsum et in ipso *creáta* sunt, †

et ipse est ante **omnes**, *

et ómnia in ipso **constant**.

Et ipse est caput córporis *Ecclésiæ*, †

qui est princípium, primogénitus ex **mórtuis**, *

ut sit in ómnibus ipse *primátum tenens*;

quia in ipso complácuít omnem plenitúdinem *inhabitáre*, *

et per eum reconciliáre ómnia in **ipsum**,

pacíficans per sánguinem crucis **eius** *

sive quæ in terris sive *quæ* in **cælis** sunt.

Per octavam Nativitatis, exceptis solemnitatibus et festo S. Familiae, hymnus et psalmodia sunt ut supra de II Vesperis Nativitatis; cetera vero de die octavae.

LECTIO BREVIS

Quo fuit ab iníitio, quod audívimus, quod vídimus óculis

nostris, quod perspeximus et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ: et vita manifestata est, et vidimus et testamur et annuntiamus vobis vitam æternam; quæ erat apud Patrem et apparuit nobis, quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis: ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo.

Ad Magnificat, ant. (p. 1180)


AG 346 (cf. OCO 376)



Hó-di- e Chri- stus na- tus est; hó-di- e Salvá- tor appá-




ru- it; hó-di- e in terra ca-nunt ánge- li, læ-tán-tur archán-



ge- li; hó- di- e exsúl- tant iu-sti, dicétes: Gló- ri- a in



excélsis De- o, alle- lú-ia. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a



Dómi-num.

PRECES

Christum iubilantes celebramus, in cuius nativitate angeli pacem mundo nuntiaverunt, et devotis animis exoremus:

Nativitas tua pacem cunctis áfferat.

Reple, Dómine, ómnibus bonis Ecclésiám tuam,
— quam nativitátis tuæ mystério consoláris.

Qui, princeps pastórum venísti, et nostrárum epíscopus animárum,
— papam et epíscopos nostros fidéles rede dispensatóres multifórmis grátia tuæ.

Rex æternitátis, qui, nascens, brevi vitæ spátio circumscribi et
hóminum vicissitúdes experíri voluísti,
— nos cadúcos et mortáles æternitátis tuæ redde consórtes.

Qui, a sáculis expectátus, in plenitúdine témporis venísti,
— manifesta præséntiam tuam iis, qui adhuc te expéctant.

Qui, caro factus, humanam substántiam norte corrúptam restaurásti,
— defúctos tuam plenam restauratiónem concéde.

Pater noster *in tono solemni.*

Oratio

Deus, qui humanæ substántiæ dignitatem et mirabíliter condidísti
et mirabílius reformásti: da, quæsumus, nobis eius divinitátis esse
consórtes; qui humanitátis nostræ fieri dignátus est párticeps: Qui
tecum vivit.

Dominica infra octavam Nativitas
SANCTÆ FAMILIÆ IESU, MARIÆ, ET IOSEPH
Festum

*Quando Nativitas Domini incidit in die Dominica, hoc festum fit
in die 30 decembris et non habet I Vesperas.*

Ad I Vesperas

Hymnus ut ad II Vesperas, p. 138.

PSALMODIA

Ant. 1 AG 375 (cf. OCO 376)

I a

Ia-cob au-tem gé-nu- it Io-seph vi-rum Ma-ri- æ,

de qua na- tus est Ie- sus, qui vo- cá- tur Christus. *Ps.* Laudá- te,

pú- e-ri Dómi-ni, * laudá-te nomen Dómi-ni.

Psalmus 112

[Laudáte, **púeri Dómini**, *
laudáte *nomen Dómini*.]
Sit nomen Dómini **benedíctum** *
ex hoc nunc et usque in **sæculum**.
A solis ortu usque **ad occásum** *
laudábile *nomen Dómini*.
Excélsus super omnes **gentes Dóminus**, *
super cælos **glória eius**.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in **altis hábitat**, *
et **humília réspicit** in cælo *et* in **terra**?
Súscitans de **terra ínopem**, *
de **stércore érigens páuperem**, *
ut **cóllocet eum cum princípibus**, *
cum princípibus **pópuli sui**.
Qui **habitáre facit stérilem in domo**, *
matrem **filiórum lætántem**.

Ant. 2 AG 621 (cf. OCO 376)

VII a

Io- seph, fi- li Da-vid, no- li timé- re accí-pe-re

Ma-ri- am cón-iugem tu- am; quod e- nim in e- a na- tum

est, de Spí- ri- tu Sancto est. *Ps.* Lauda, Ie- rúsa- lem, Dómi-

num; * colláuda Deum tu- um, Si- on.

Psalmus 147

[Lauda, Ierúsalem, **Dóminum**; *
colláuda Deum **tuum, Sion**.]
Quóniam confortávit seras portárum tuárum, *
benedíxit filiis **tuis in te**.
Qui ponit fines **tuos pacem**, *
et ádipe fruménti **sátiat te**.
Qui emíttit elóquium **suum terræ**, *
velóciter currit **verbum eius**.

Qui dat nivem sicut lanam, *
 pruīnam sicut cinerem spargit.
 Mittit crystallum suam sicut buccēllas; *
 ante faciē frīgoris eius quis sustinēbit?
 Emittet verbum suum et liquefaciet ea, *
 flabit spīritus eius, et fluent aquæ.
 Qui annūtiat verbum suum Iacob, *
 lustītiās et iudicia sua Israēl.
 Non fecit tāliter omni natiōni, *
 et iudicia sua non manifestāvit eis.

Ant. 3

AV (128) (OCO 376)

VII b

Pas-tó-res ve-né-runt fes-ti-nāntes et inve-né-runt
 Ma-rí-am et Io-seph et In-fāntem pó-si-tum in præ-sé-pi-o.

C. Benedīctus Deus et Pater Dómini nostri Ie- su Chri- sti, * qui

benedīxit nos in omni benedictiōne spiritáli in cælést-ibus in

Chri-sto. [flex]

Canticum

Eph 1: 3–10

[Benedīctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, *
 qui benedīxit nos in omni benedictiōne spiritáli
 in cæléstibus in Christo;]

sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutiōnem, †
 ut essémus sancti et immaculáti *
 in conspéctu eius in caritáte,
 qui prædestināvit nos in adoptiōnem filiōrum †
 per Iesum Christum in ipsum, *
 secūndum propósitum voluntátis suæ,
 in laudem glóriæ grátiae suæ, *
 in qua gratificāvit nos in dilécto Fílio suo,
 in quo habémus redemptiōnem per sánguinem eius, *
 remissiōnem peccatórum.
 Secūndum divítias grátiae eius, †
 quæ superabundāvit in nobis *
 in omni sapientia et prudéntia;
 ut notum fáceret nobis sacraméntum voluntátis suæ, *
 secūndum beneplácitum eius,
 quod propósuit in eo, *
 in dispensatiōne plenitúdinis témporum,
 instauráre ómnia in Christo, *
 quæ in cælis et quæ in terra sunt.

LECTIO BREVIS

Scitis grátiam Dómini nostri Iesu Christi, quóniam propter vos egénus factus est, cum esset dives: ut illíus inópia vos dívites essétis.

RESPONSORIUM BREVE

AG 382 (POP 692)

VI

Propter nos e- génus factus est, cum es-set di- ves,* Al-
 le- lú-ia, al-le- lú- ia. Ut il-lí- us inó-pi- a nos dí-vi-tes es-
 sémus.* Al-le- lú- ia, Gló-ri- a. Propter nos

Ad Magnificat, ant. (p. 1194)

AJ 1 supp. 14 (cf. OCO 376)

VI

Re- mánsit pu- er Ie- sus in Ie- rúsa-lem, et non
co-gno- vé-runt pa-réntes e- ius, ex-is-timán-tes e- um
esse in co-mi-tá- tu, et requi-ré-bant e- um inter
cogná- tos et no- tos. C. Magní-fi-cat * á-ni-ma me- a Dó-
mi-num.

*Preces et Oratio ut ad II Vesperas, p. 145.***Ad Invitatorium**

Ant. (Ps. t. 4b, p. 1118)

LHR 27

IV b


Chri- stum De- i Fí- li- um Ma- rí- æ et Io- seph
súbdi- tum, ve- ní- te ad- o-ré- mus. Ps. Ve- ní- te.

HYMNUS


LHR 29

VIII


1. Chri- ste, splen- dor Pa- tris, De- i ma- ter Vir- go,
Io- seph, tam sa- cró- rum pí- gno- rum ser- vá- tor,
2. Ni- tet ve- stra do- mus fló- ri- bus vir- tú- tum,
un- de gra- ti- á- rum fons pro- má- nat i- pse.
3. An- ge- li stu- pén- tes Na- tum De- i cer- nunt
ser- vi forma in- dú- tum ser- vis fa- mu- lán- tem.
4. I- mus præ- ces, Io- seph, hu- mi- lís- que iu- bes;
iu- bes et Ma- rí- a et u- trí- que ser- vis.



5. Cun-ctis præ-stant au-lis hæc e-ge-na sæ-pta,



sa-lus un-de c-pit gé-ne-ris hu-má-ni.




6. Ie-su, Ma-ter, Io-seph, man-si-ó-nis ve-stræ



no-stras da-te se-des do-nis fru-i sanctis.



7. Ti-bi lau-des, Chri-ste, spem qui no-bis præ-bes,



tu-os per pa-rén-tes cæ-li ad-í-re domum. A-men.

Ad Officium lectionum


PSALMODIA

Ant. 1


MG 202 (cf. OCO 376)




Cum indú-ce-rent Ie-sum pa-rén-tes e-ius, ut sí-ste-



rent e-um Domi-no, Sí-me-on accé-pit e-um in ulnas



su-as et bene-dí-xit De-um. *Ps.* Dómini est terra et plenitú-



do e-ius, * orbis terrárum et qui hábi-tant in e-o. [flex]

Psalmus 23

[Dómini est terra et plenitúdo eius, *
orbis terrárum et qui hábitant in eo.]

Quia ipse super mária fundávit eum, *
et super flúmina firmávit eum.

Quis ascéndet in **montem Dómini**, *
aut quis stabit in loco *sancto eius*?

Innocens mánibus et mundo corde,
qui non accépit in vanum **nomen eius**, *
nec iurávit in **dolum**.

Hic accípiet benedictiónem a **Dómino**, *
et iustificatióem a Deo *salutári suo*.

Hæc est generátio quæréntium eum, *
quæréntium fáciem *Dei Iacob*.

Attóllite, portæ, cápita *vestra*,
et elevámini, portæ **æternáles**, *
et introíbit rex **glóriæ**.

Quis est iste rex **glóriæ**? *

Dóminus fortis et potens, Dóminus **potens in prælio**.


Attóllite, portæ, cápita *vestra*,
et elevámini, portæ **æternáles**, *
et introíbit rex **glóriæ**.

Quis est iste rex **glóriæ**? *

Dóminus virtútum ipse *est* rex **glóriæ**.

Ant. 2

AV (118) (cf. OCO 376)



Ma-gi, intrán-tes domum, invenérunt Pú- e-rum cum
Ma-rí- a ma-tre e- ius. *Ps.* De- us est nobis refúgium et **vir-**
tus, * adiutórium in tribulatióibus invéntus *est* **ni-** mis. [flex]

Psalmus 45

[Deus est nobis refúgium et virtus, *
adiutórium in tribulatióibus invéntus est nimis.]
Proptérea non timébimus, dum turbábitur **terra**, *
et transferéntur montes in *cor maris*.
Fremant et intuméscant aquæ eius, *
conturbéntur montes in elatióne eius.
Flúminis rivi lætíficaiit civitátem **Dei**, *
sancta tabernácula **Altíssimi**.
Deus in médio eius, non commovébitur; *
adiuvábit eam Deus mane **dilúculo**.
Fremuérunt gentes, commóta sunt **regna**; *
dedit vocem suam, liquefácta *est terra*.
Dóminus virtútum nobíscum, *
refúgium nobis **Deus Iacob**.
Veníte, et vidéte ópera **Dómini**, *
quæ pósuit prodígia *super terram*.
Auferet bella usque ad finem *terrae*, †
arcum cónteret et confrínget **arma**, *
et scuta combúret **igni**.
Vacáte, et vidéte quóniam ego sum **Deus**; *
exaltábor in géntibus, et exaltábor *in terra*.
Dóminus virtútum nobíscum, *
refúgium nobis **Deus Iacob**.

Ant. 3

cf. AJ 1: 597 (cf. OCO 376)



Consúrgens Io- seph ac-cé- pit Pú- e-rum et Ma-
trem e- ius nocte, et se-céssit in Æ- gý- ptum. *Ps.* Funda-
ménta eius in móntibus sanctis; díligit Dóminus **Si-**
on *
super omnia taberná-cu-la **Ia-** cob.

Psalmus 86

[Fundaménta eius in móntibus sanctis;
díligit Dóminus portas Sion *
super omnia tabernácula Iacob.]
Gloriósá dicta sunt **de** te, *
cívitas Dei.
Memor ero Rahab et Babylónis inter sciéntes *me*;
ecce Philistæa et Tyrus cum **Æthiópia**, *
hi **nati sunt illic**.
Et de Sion dicétur: « Hic et ille natus *est* in ea, *
et ipse firmávit eam **Altíssimus** ».
Dóminus réferet in librum *populórum*: *
« Hi **nati sunt illic** ».
Et cantant sicut **choros ducéntes**: *
« Omnes **fontes mei in** te ».

Ÿ. Ponam univérsos fílios tuos doctos a Dómino.
℞. Et multitudínem pacis fíliis tuis.

Responsorium prolixum post lectionem primam, Descendit de cælis (POP 691: MG 32); post lectionem secundam, Descendit puer, AJ 1: 601 (cf. OCO 467).

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 737 (cf. OCO 376)



I-bant pa-réntes Ie-su per omnes annos in
Ie-rú-sa-lem in di-e sollémni Paschæ. Ps. De-us, De-us
me-us es tu; * ad te de luce vígi-lo. [flex]


Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.]
Sítívit in te **ánima mea**, *
te desiderávit **caro mea**.
In terra desérta et árida et inaquósa, †
sic in sancto **appáruí tibi**, *
ut vidérem virtútem tuam et glóriam **tuam**.
Quóniam mélior est misericórdia tua **super vítas**, *
lábía mea **laudábunt** te.
Sic **benedícam** te in **vita mea**, *
et in nómine tuo levábo **manus meas**.
Sicut ádipc et pinguédine repleátur **ánima mea**, *
et lábiis exsultatiónis **laudábit** os **meum**.
Cum memor ero tui super **stratum meum**, *
in matutínis **medítabor de** te,

quia fuísti **adiútor meus**, *
et in velaménto alárum tuárum **exsultábo**.
Adhásit **ánima mea post** te, *
me suscepit **déxtera tua**.

Ant. 2

AG 1: 248 (cf. OCO 376)



Pu-er Ie-sus pro-fi-ci-é-bat æ-ta-te et sa-pi-én-
ti-a co-rám De-o et homí-ni-bus. C. Benedícite, ómnia ópe-
ra **Dómini, Dómino**; * laudáte et superexaltáte e-um in **sæcu-la**.



Canticum

Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera **Dómini, Dómino**; *
laudáte et superexaltáte eum in **sæcula**.]
Benedícite, ángeli **Dómini, Dómino**; *
benedícite, **cæli, Dómino**.
Benedícite, aquæ omnes quæ super **cælos** sunt, **Dómino**; *
benedícite, omnes virtútes **Dómini, Dómino**.
Benedícite, sol et **luna, Dómino**; *
benedícite, stellæ **cæli, Dómino**.
Benedícite, omnis imber et ros, **Dómino**; *
benedícite, omnes spíritus **Dei, Dómino**.
Benedícite, ignis et **æstus, Dómino**; *
benedícite, frigus et **æstus, Dómino**.
Benedícite, rores et **pruína, Dómino**; *
benedícite, gelu et **frigus, Dómino**.
Benedícite, glácies et **nives, Dómino**; *
benedícite, noctes et **dies, Dómino**.
Benedícite, lux et **ténebræ, Dómino**; *
benedícite, **fúlgura et nubes, Dómino**.

Benedícat **terra Dóminum**; *
 laudet et superexáltet *eum* in **sæcula**.
 Benedícite, montes et **colles, Dómino**; *
 benedícite, universa germinántia in *terra Dómino*.
 Benedícite, **fontes, Dómino**; *
 benedícite, mária et flúmina, **Dómino**.
 Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in **aquis, Dómino**; *
 benedícite, omnes vólucres *cæli, Dómino*.
 Benedícite, omnes béstiæ et **pécora, Dómino**; *
 benedícite, filii *hóminum Dómino*.
 Benedícat **Israël Dómino**; *
 laudet et superexáltet *eum* in **sæcula**.
 Benedícite, sacerdótes **Dómini Dómino**; *
 benedícite, servi *Dómini, Dómino*.
 Benedícite, spíritus et ánimæ **iustórum, Dómino**; *
 benedícite, sancti et húmiles *corde, Dómino*.
 Benedícite, Ananía, Azaría, **Mísaël, Dómino**; *
 laudáte et superexaltáte *eum* in **sæcula**.
 Benedicámus Patrem et Fílium cum **Sancto Spíritu**; *
 laudémus et superexaltémus *eum* in **sæcula**.
 Benedíctus es, Dómine, in firmaménto **cæli**; *
 et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in **sæcula**.

Ant. 3 AJ 1: 600 (cf. OCO 376)



Psalmus 149

[Cantáte Dómino cánticum novum; *
 laus eius in ecclésia sanctorum.]
 Lætétur Israël in eo qui fecit **eum**, *
 et filii Sion exsúltent in **rege suo**.
 Laudent nomen eius in **choro**, *
 in tympano et cíthara *psallant ei*.
 Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **suo**, *
 et honorábit mansuétos *in salútem*.
 Iúbilent sancti in **glória**, *
 læténtur in *cubílibus suis*.
 Exaltatiónes Dei in gútture **eórum**, *
 et gládii ancípites in *mánibus eórum*,
 ad faciéndam vindíctam in natióibus, *
 castigatiónes in **pópulis**,
 ad alligándos reges eórum in **compédibus**, *
 et nóbiles eórum in *mánicis férreis*,
 ad faciéndum in eis iudícium **conscríptum**: *
 glória hæc est ómnibus *sanctis eius*.

LECTIO BREVIS

Honóra patrem tuum et matrem, sicut præcépit tibi Dóminus Deus tuus, ut longo vivas témpore et bene sit tibi in terra: quam Dóminus Deus tuus datúrus est tibi.


RESPONSORIUM BREVE

AG 38





Ma-rí- æ et Io-seph súbdi- tus fu- í-sti. * Mi-se-ré- re no-bis.



Gló-ri- a. Chri-ste.


Ad Benedictus, ant.

In anno A (p. 1173):


AG 382 (cf. OCO 376)




VIII a Il-lúmi-na nos, Dómi-ne, ex- émplis Fa-mí- li- æ



tu- æ, et dí- ri- ge pe-des nostros in vi- am pa- cis.




C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- el, * quia visitávit et fe-




cit redemptiónem ple-bis su- æ.

In anno B (p. 1170):


AG 380 (cf. OCO 376)




VIII a Et di- cé-bant: unde hu- ic sa-pi- énti- a hæc, et vir-tú-



tes? Nonne hic est fabri fi- li- us? C. Be-ne-díctus Dómi- nus




De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple- bis



su- æ.

In anno C (p. 1146):


AG 734 (cf. OCO 376)




III a Non in ve- ni- éntes Ie-sum, regréssi sunt in Ie- rú-sa-




lem, requi-réntes e- um, et post trí-du- um inve-né- runt il-



lum in templo, se- déntem in mé- di- o doctó-rum, audi- én-



tem, et in-terro-gántem e- os. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us



Is-ra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple- bis su- æ.

PRECES

Fílium Dei vivi, qui fílius humanæ famíliæ fieri dignátus est,
adorémus, ipsum exorántes: *Iesu, factus obædiens, sanctífica nos.*
Iesu, Verbum ætérnum Patris, qui súbditum Mariæ et Ioseph te
fecísti,

— doce nos humilitátem.

Magíster noster, cuius facta et verba mater tua in corde suo servábat,
— præsta, ut audiámus verbum tuum et custodiámus illud in corde
puro et bono.

Christe, faber mundi, qui fílium fabri te vocári voluísti,

— doce nos sedulitátem in ópere.

Iesu, qui in famíliá Nazareth sapiéntia, ætáte et grátia apud Deum et
hómínes proficiébas,

— fac, ut crescámus per ómnia in te, qui es Caput nostrum.

Pater noster *in tono solemni.*

Oratio

Deus, qui præclára nobis sanctæ Famíliæ dignátus es exémpla
præbere: concéde propítius, ut, domésticis virtútibus caritatísque
vínculis illam sectántes; in lætítia domus tuæ præmiis fruámur
ætéris: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Indúite vos sicut elécti Dei: sancti et dilécti, víscera misericórdiæ,
benignitátem, humilitátem, mansuetúdinem, paciéntiam, †
supportántes ínvicem et donántes vobis ipsis si quis advérsus áliquem
habet querélam: sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos.

℣. Dóminus vias suas docébit nos.

℟. Et ambulábimus in sémitis eius.

Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Super ómnia hæc caritátem, quod est vínculum perfectiónis. † Et
pax Christi dominétur in córdibus vestris, ad quam et vocáti estis in
uno córpore. Et grati estóte.

℣. Pauper sum ego et in labóribus a iuventúte mea.

℟. Exaltátus autem humiliátus sum et conturbátus.

Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Omne, quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, † ómnia in
nómíne Dómini Iesu: grátias ágéntes Deo Patri per ipsum.

℣. Ponam univérsos fílios tuos doctos a Dómino.

℟. Et multitudínem pacis fíliis tuis.

Ad II Vesperas

HYMNUS


AG 377



1. O lux be- á- ta cæ-li- tum et summa spes mor-tá- li- um,




Ie- su, cu- i do-més- ti- ca ar-rí- sit or-to cá- ri- tas;



2. Ma- rí- a, di- ves grá- ti- a, o so- la quæ ca- sto po- tes



fo-vé-re Ie-sum péc-to-re, cum la-cte do-nans oscu-la;



3. Tuque ex ve-tús-tis pá-tri-bus de-lé-cte cu-stos Vir-gi-nis,



dul-ci pa-tris quem nó-mi-ne di-ví-na Pro-les ínvo-cat:




4. De stri-pe Iesse nó-bi-li na-ti in sa-lu-tem génti-um,




au-dí-te nos, qui súppli-ces ex corde vo-ta fúndi-mus.



5. Qua vestra se-des fló-ru-it vir-tú-tis omnis grá-ti-a,



hanc de-tur in domés-ti-cis re-fér-re posse mó-ri-bus.



6. Ie-su, tu-is o-bé-di-ens qui fa-ctus es pa-rén-ti-bus,



cum Patre summo ac Spí-ri-tu semper ti-bi sit glóri-am. A-men.

PSALMODIA

Ant. 1

AG 383 (cf. OCO 376)




VIII a


Post trí-du-um inve-né-runt Ie-sum in templo, se-den-



tem in mé-di-o doctó-rum, audi-én-tem il-los et in-ter-ro-



gántem e-os. *Ps.* Lætá-tus sum in eo quod dixerunt **mi-** hi: * In



domum *Dómi*-ni í-bi-mus.

Psalmus 121

[Lætátus sum in eo quod dixerunt mihi: *

« In domum *Dómini* íbimus ».]

Stantes iam sunt **pedes nostri** *

in portis *tuis*, *Ierúsalem*.

Ierúsalem, quæ ædificáta **est** ut **cívitas** *

sibi compácta *in idípsum*.

Illuc enim ascenderunt tribus, **tribus *Dómini***, *

testimónium *Israël*, ad confiténdum nómini ***Dómini***.

Quia illic sederunt sedes **ad iudícium**, *

sedes *domus David*.

Rogáte quæ ad pacem **sunt** Ierúsalem, *
 secúri sint *diligéntes* te.
 Fiat pax in **muris tuis**, *
 et secúritas in *túrribus tuis*.
 Propter fratres meos et **próximos meos** *
loquar: « Pax **in** te!»
 Propter domum Dómini **Dei nostri** *
 exquíram *bona tibi*.

Ant. 2 AG 380 (cf. OCO 376)

VIII a




Descéndit Ie-sus cum e- is, et ve-nit Ná-za- reth, et
 e- rat súb-di- tus il-lis. *Ps.* Ni-si Dóminus ædificáverit do-
 mum, * in va- num labórant qui ædí- *fi-* cant e- am. [flex]

Psalmus 126

[Nisi Dóminus ædificáverit **domum**, *
 in vanum labórant qui ædí- *fi-* cant **eam**.]
 Nisi Dóminus custodíerit civitátem, *
 frustra vígilat qui *custódit eam*.
 Vanum est vobis ante lucem *súrgere*, †
 et sero quiéscere, et manducáre panem *labóris*. *
 Verúmtamen dabit ipse diléctis *suis* **duplícia**.
 Ecce heréditas Dómini, **fílii**, *
 merces *fructus ventris*.
 Sicut sagíttæ in manu **poténtis**, *
 ita fílii *iuventútis*.
 Beátus vir qui implévit pháretram suam ex **ipsis**, *
 non confundétur, cum loquétur inimícis *suis* in **porta**.

Ant. 3 AG 380 (cf. OCO 376)



Et Ie-sus pro- fi- ci- é- bat sa- pi- én- ti- a et æ- tá-
 te et grá- ti- a a- pud De- um et hómi- nes. C. Be- nedíctus De-
 us et Pater Dómini nostri Iesu **Chri-** sti, * qui benedíxit nos in
 omni benedictióne spiritali in cæléstibus in **Chri-** sto. [flex]

Canticum

Eph 1: 3–10

[Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Christi**, *
 qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritali
 in cæléstibus *in Christo*;
 sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutió-
nem, †
 ut essémus sancti et immaculáti *
 in conspéctu eius in *caritáte*,
 qui prædestinávit nos in adopti-
onem filiórum †
 per Iesum Christum in **ipsum**, *
 secúndum propósitum voluntá-
tis suæ,
 in laudem glóriæ grátiae **suæ**, *
 in qua gratificávit nos in dilécto Fí-
lio suo,
 in quo habémus redempti-
onem per sánguinem eius, *
 remissi-
onem peccatórum.
 Secúndum divítias grátiae *eius*, †
 quæ superabundávit in **nobis** *
 in omni sapientia et *prudéntia*;
 ut notum fáceret nobis sacramé-
ntum voluntá-tis suæ, *
 secúndum beneplácitum *eius*,

quod propósuit in eo, *
 in dispensatióne plenitúdinis tēporum,
 instauráre ómnia in **Christo**, *
 quæ in cælis et quæ *in terra* sunt.


LECTIO BREVIS

Christus Iesus, cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æqualem Deo, sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens: in similitúdinem hóminum factus et hábitu invéntus ut homo.

RESPONSORIUM BREVE

AG 382 (POP 693)

VI




Dómi-nus vi- as su- as do-cé-bit nos, * Al-le- lú-ia, al-le-
 lú-ia. ¶ Et ambu- lá- bimus in sémi- tis e-ius. * Al-le- lú- ia.
 Gló-ri- a. Dómi-nus.

Ad Magnificat, ant.


In anno A (p. 1192):

MG 105 (cf. OCO 376)

V



Ange- lus Dómi-ni appá-ru- it in somnis Io- seph
 di-cens: Sur-ge, et ácci-pe Pú- e-rum et Matrem e-ius, et



va-de in terram Isra- òl: de-fúnc-ti sunt e- nim, qui quæ-
 rébant á- nimam Pú- e-ri, al-le-lú-ia. C. Magní-fi-cat * á-nima
 me- a Dómi-num.


In anno B (p. 1178, 1180):

AG 695 (OCO = *)

I b



Cum in-dú-ce-rent pu- e-rum Ie-sum pa-réntes e- ius,
 accé-pit e- um Sí-me- on in ulnas su- as, et be-ne-
 dí- xit De- um dí- cens: Nunc dimít-tis Dó- mi-
 ne, servum tu- um in pa-ce. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a



Dómi-num.


In anno C (p. 1200):

AJ 1: 248 (cf. OCO 377)




VIII a


Fi-li, quid fe-cí-sti no-bis sic? E-go, et pa-ter tu-us




do-lén-tes quæ-re-bá-mus te. Quid est quod me quæ-re-bá-tis?



Nesci- e-bá-tis, qui- a in i- is, quæ Pa-tris me- i sunt o-pór-



tet me esse, al- le- lú- ia. C. Magní- f i- cat * á- nima me- a



Dómi-num.

PRECES

Fílium Dei vivi, qui fílius humánæ famíliæ fieri dignátus est, adorémus, ipsi confiténtes:

Tu es, Dómine, exemplar et salvátor ómnium.

Christe, per mystérium subiectionis tuæ erga Mariám et Ioseph, — doce omnes reveréntiam et obcædiéntiam erga eos qui legítimè præsunt.

Qui paréntes amásti et ab ipsis amáturus es,
— omnes famílias in pace et mútua caritaté constítue.

Tu, qui studiósus fuísti eórum, quæ tui sunt Patris,
— præsta ut in omni domo Deus honorétur.

Christe, qui ab ánxiis paréntibus tértia die in domo Patris invéntus es,
— doce omnes quærere primum regnum Dei.

Christe, qui Mariam et Ioseph tecum in cælésti glória consociásti,
— admítte defúctos in famíliam beatórum.

Pater noster *in tono solemni.*

Oratio

Deus, qui præclara nobis sanctæ Famíliæ dignátus es: exémpa præbere, concéde propítius; ut, domésticis virtútibus caritatísque vínculis illam sectántes, in lætítia domus tuæ præmiis fruámur ætérnis: Per Dóminum.

DIES INFRA OCTAVAM NATIVITATIS

DIE 26 DECEMBRIS


Ad Vesperas

LECTIO BREVIS


Deus lux est et tenebrae in eo non sunt ullae. Si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce: communionem habemus ad invicem, et sanguis Iesu Filii eius mundat nos ab omni peccato.

Ad Magnificat, ant. (p. 1200)

AG 349 (cf. OCO 377)




Dum mé- di- um si- lén-ti- um tené-runt ómni- a, et



nox, in su- o cursu mé-di- um i- ter per-á-ge- ret, omní-po-tens



Sermo tu- us, Dómi-ne, a re-gá- li- bus sé-di-bus ve- nit, al-le-



lú- ia. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Verbum Dei, quod, in nobis habitando, salutis perpetuae trámitem reserávit, deprecémur et sincéra humilitate rogémus:

Ab omni malo, libera nos, Dómine.

Per mystérium incarnatiónis tuæ, per nativitatem et infántiam tuam, — per totam vitam tuam Patri dicátam:

Per labóres tuos, per prædicatiónes et itínera tua,
— per conversatiónem tuam inter peccatóres:
Per agoníam et passiónem tuam, per crucem et desolatiónem tuam,
— per angústias tuas, per mortem et sepultúram tuam:
Per resurrectiónem et ascensiónem tuam, per donatiónem Spíritus
Sancti, per gáudia et glóriam tuam ætérnam,
— fratres nostros, iam defúnctos, libera, Dómine.
Pater noster *in tono solemni.*

Oratio

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet; quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet: Per Dóminum.

DIE 27 DECEMBRIS

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS


Deus Fílium suum mittens in similitúdine carnis peccáti et pro peccáto, damnávit peccátum in carne, ut iustítia legis implerétur in nobis: qui non secúndum carnem ambulámus, sed secúndum Spíritum.

Ad Magnificat, ant. (p. 1186) Poissy MS, fo. 394^r (OCO 377=CAO 2920)

In pro-le Ma-ter, in partu Virgo, gaude et læ-ta- re,



Virgo Ma- ter Domi-ni. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-



num.

PRECES

Fratres caríssimi, Deum Patrem exorémus, qui propter multam caritátem suam misit nobis Fílium suum, eúmque súplices invocémus: *Grátia Fílii tui nobíscum, Dómine.*

Deus caritátis, Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui misértus es perambulántium in ténebris,

— súscipe quas tibi pro salute ómnium preces offérimus.

Meménto, Dómine, Ecclésiæ tuæ, per totum orbem diffúsæ,

— et pópulo tuo cristiáno bénedic pacémque concéde.

Cunctórum Pater, inter gentes étiam pacem dignánter instítue, ómnium óculos populórum ad Fílium tuum dírige,

— et in eos qui illos regunt, spíritum pacis effúnde.

Qui, in advéntu Fílii tui, pacem in terra nuntiári fecísti,

— da pacem ætérnam defúntis.

Pater noster *in tono solemní.*

Oratio

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut, dum nova incarnáti Verbi tui luce perfúndimur; hoc in nostro respléndeat ópere, quod per fidem fulget in mente: Per Dóminum.

DIE 28 DECEMBRIS

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Erámus natúra fílii iræ sicut et céteri. Deus autem, qui dives est in misericórdia, propter nímiã caritátem suam, qua diléxit nos, et cum essémus mórtui peccátis, convivificávit nos Christo. Grátia estis salváti.


Ad Magnificat, ant. (p. 1194)

AG 348 (cf. OCO 377)



VI

Nésci-ens Ma-ter Virgo vi-rum, pépe-rit si-ne do-



ló-re Salva-tó-rem sæcu-ló- rum: ipsum Regem Ange-ló-



rum so-la Virgo lactá-bat úbe-re de cæ-lo pleno. C. Ma-gní-



fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Deus misit Fílium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redímeret. Qua spe confirmáti, fidénter orémus: *Grátia Fílii tui nobíscum, Dómine.*

Deus caritátis et pacis, ómnium christianórum rénova fidem in Fílii tui incarnatiónem,

— ut in gratiárum semper actiÓne máneant.

Spem infirmórum, páuperum et seniÓrum adáuge,

— da opprésis levámen, desperántibus fidúciam, consolatiÓnem lugéntibus.

Omnium memor esto, qui in carcéribus detinéntur,

— et eÓrum, qui extórres facti sunt a pátria.

Qui in nativitate Fílii tui ángelos te laudántes audíri fecísti,

— fac ut defúnti cum milítia cælésti in ævum te laudent.

Pater noster *in tono solemní.*

Oratio

Deus, qui humánæ substántiæ dignitátem et mirábíliter condidísti et mirábílius reformásti: da, quæsumus, nobis eius divinitátis esse consórtis; qui humanitátis nostræ fíeri dignátus est párticeps: Qui tecum vivit.


DIE 29 DECEMBRIS

Ad Officium lectionum


PSALMODIA

Ant. 1


AJ 1: 437 (cf. OCO 377)



Sancti- fi- cá- vit taberná-cu-lum su- um A-ltíssi-mus.



Ps. De- us est nobis refúgium et vir- tus, * adiutórium in tribulati-



ónibus invéntus est ni- mis. [flex]


Psalmus 45

[Deus est nobis refúgium et virtus, *
 adiutórium in tribulatióibus invéntus est nimis.]
 Propterea non timébimus, dum turbábitur **terra**, *
 et transferéntur montes *in cor maris*.
 Fremant et intuméscant aquæ eius, *
 conturbéntur montes in elatióne eius.
 Flúminis rivi lætíficaiit civitátem **Dei**, *
 sancta tabernácula **Altíssimi**.
 Deus in médio eius, non commovébitur; *
 adiuvábit eam Deus *mane dilúculo*.
 Fremuérunt gentes, commóta sunt **regna**; *
 dedit vocem suam, liquefácta est **terra**.
 Dóminus virtúum nobíscum, *
 refúgium nobis **Deus Iacob**.
 Veníte, et vidéte ópera **Dómini**, *
 quæ pósuit prodígia *super terram*.


Auferet bella usque ad finem *terræ*, †
 arcum cónteret et confrínget **arma**, *
 et scuta combúret **igni**.
 Vacáte, et vidéte quóniam ego sum **Deus**; *
 exaltábor in géntibus, et exaltábor in **terra**.
 Dóminus virtúum nobíscum, *
 refúgium nobis **Deus Iacob**.

Ant. 2


MG 36 (cf. OCO 377)



O-ri- é- tur in di- é-bus Dómi-ni a-bundán-ti- a pa-



cis, et domi-ná-bi- tur. Ps. De- us, iudícium tu- um regi da, *



et iustítiam tuam fili- o re- gis. [flex]

Psalmus 71 (I)

[Deus, iudícium tuum regi da, *
 et iustítiam tuam filio regis;]
 iúdicet pópulum tuum in iustítia, *
 et páuperes tuos in *iudício*.
 Afferant montes pacem **pópulo**, *
 et colles *iustítiam*.
 Iudicábit páuperes *pópuli*, †
 et salvos fáciat filios **ínopis**, *
 et humiliábit calumniatórem.
 Et permanébit cum sole et ante **lunam**, *
 in generatióne et generatióne.
 Descéndet sicut plúvia in **gramen**, *
 et sicut imber *írrigans terram*.
 Florébit in diébus eius iustítia et abundántia **pacis**, *
 donec auferátur **luna**.


Et dominábitur a mari usque ad **mare**, *
 et a Flúmine usque ad téminos orbis **terrárum**.
 Coram illo prócident íncolæ **desér**ti, *
 et inimíci eius **terram língent**.
 Reges Tharsis et ínsulæ **mún**era **ófferent**, *
 reges Arabum et Saba dona **addúcent**.
 Et adorábunt eum omnes **reges**, *
 omnes gentes **sérvient ei**.

Ant. 3


OHS 36 (cf. OCO 377)



Libe-rá- vit Dómi- nus páu- pe- rem a po- tén- te, et



ín- o- pem cu- i non e- rat ad- iú- tor. *Ps.* Qui Parcet páu- pe-



ri et **ínopi**, * et ánimas páuperum **sal-vas fáci-** et. [flex]

II

[Quia liberábit ínopem clamántem, *
 et páuperem cui non erat adiútor.
 † Parcet páuperi et **ínopi**, *
 et ánimas páuperum **salvas fáci**et.]
 Ex oppressióne et violéntia rédimet **ánimas eórum**, *
 et pretiósus erit sanguis eórpm **coram illo**.
 Et vivet, et dábitur ei de auro **Arábiæ**, †
 et orábunt pro **ipso semper**; *
 tota die **benedícent ei**.
 Et erit ubértas fruménti in **terra**, *
 in summis móntium **fluctuábit**;

sicut Líbanus fructus **eius florébit**, *
 et colligábitur sicui **fenum terræ**.
 Sit nomen eius **benedíctum in sácula**, *
 ante solem permanébit **nomen eius**.
 Et benedicéntur in ipso omnes **tribus terræ**, *
 omnes gentes **magnificábunt eum**.
 Benedíctus Dóminus Deus, **Deus Israël**, *
 qui facit **mirabília solus**;
 et **benedíctum nomen maiestátis eius in ætérnum**, *
 et replébitur maiestáte eius omnis terra. **Fiat, fiat**.

Ÿ Vidéntes pastóres cognovérunt de verbo.

℞ Quod dictum erat illis de Púero.


Responsoria prolixa de Nativitate Domini.

Ad Laudes matutinas


LECTIO BREVIS

Multifáriam et multis modis olim Deus locútus pátribus in
 prophétis, in novíssimis his diébus locútus est nobis in Fílio: quem
 constituit heredem universórum, per quem fecit et sácula.


Ad Benedictus, ant. (p. 1164) CAO 4225:DK-Kk 3449, f. 209^v (OCO 377)




Pastó- res loque- bántur ad ínvi- cem: Transe- ámus Béth-



le- hem, et vi- de- ámus hoc verbum quod Dómi- nús ostén- dit



no- bis. C. Be- ne- díctus Dómi- nus De- us Isra- òl, * quia visitá-



vit et fecit redemptiōnem ple-bis su- æ.

PRECES

Quia Deus in sua misericórdia Christum, príncipem pacis, nobis misit, cum fidúcia clamémus: *Pax homínibus bonæ voluntátis.* Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Iesu Christi, quo tēmpore Ecclésia salvíficum tuum célebrat amórem,
— laudem nostram suscípere dignáre propítius.
Qui ab inítio victóriam tuam per Christum salvatórem nostrum homínibus promisísti,
— Evangélii lúmine omnes hómnes illustrári concéde.
In laudem Fílii tui, cuius diem cum gáudio Abraham prævidit, patriárchæ speravérunt, prophétæ nuntiavérunt et gentes desideravérunt,
— fac ut omnis Israël salvus fiat.
Qui voluísti nativitátem Fílii tui a cælórum spirítibus prædicári atque ab Apóstolis, martýribus et fidélibus sæculórum ómnium collaudári,
— pacem in terris largíre, quam nuntiavérunt ángeli.
Pater noster *in tono solemni.*

Oratio

Omnípotens et invisíbilis Deus: qui tuæ lucis advéntu mundi ténebras effugásti, seréno vultu nos, quæsumus, intuére; ut magnificéntiam nativitátis Unigéniti tui dignis præcóniis collaudémus: Qui tecum vivit.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Appáruit grátia Dei salutáris ómnibus homínibus erúdiens nos, † ut abnegántes impietátem et sæculária desidéria: sóbrie et iuste et pie vivámus in hoc sæculo.

Ad Sextam

In hoc appáruit cáritas Dei in nobis † quóniam Fílium suum unigénitum misit Deus in mundum: ut vivámus per eum.

Ad Nonam

Verbum misit Deus fíliis Israël † evangelízans pacem per Iesum Christum: hic est ómnium Dóminus.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS


Quod fuit ab inítio, quod audívimus, quod vídimus óculis nostris: quod perspéximus et manus nostræ contrectavérunt, de verbo vitæ – et vita appáruit, et vídimus et testámur et annuntiámus vobis vitam ætérnam, quæ erat coram Patre et appáruit nobis: – quod vídimus et audívimus, annuntiámus et vobis, ut et vos communiónem habeátis nobíscum. Commúnio autem nostra est cum Patre et cum Fílio eius Iesu Christo.

Ad Magnificat, ant. (p. 1192)


AG 313 (cf. OCO 377)



Ecce iam ve-nit ple-ni-túdo tempo-ris, in quo mi-sit



De-us Fí-li-um su-um in terras. C. Magní-fi-cat * á-nima me-



a Dómi-num.

PRECES

Deum Patrem miserentíssimum, qui Fílium suum unxit Spíritu

Sancto ad evangelizándos páuperes, rogémus:

Dómine miséricors, miserére nostri.

Miséricors et sempitérne Deus, qui vis omnes hómines salvos fíeri et ad agnitiónem veritátis tuæ pervenire, tibi grátias ágimus, qui Unigénitum tuum mundo dedísti:

— omnem terram in eius nativité lætífica.

Misísti eum evangelizare paupéribus, nuntiáre captívus remissionem et prædicáre tempus grátiae:

— libertátem homínibus et pacem largíre.

Ad eum direxísti géntium sapiéntes, ut adorárent eum:

— áccipe fídei nostræ et oratiónis obséquium.

Et, post illos, omnes hómines vocas de ténebris in admirábile lumen tuum, ut in nómine Iesu omne genu flectátur:

— fac ut testes huius Evangélii evadámus.

Christum, in Bétlehem natum, lumen fecísti ad revelatiónem géntium:

— glóriam vultus tui frátribus, qui obiérunt, revéla.

Pater noster *in tono solemni.*

Oratio ut ad Laudes matutinas.

DIE 30 DECEMBRIS

Ad Officium lectionum


PSALMODIA

Ant. 1


MG 37 (cf. OCO 377)



Vé-ri-tas de terra orta est, et iustí-ti-a de cæ-lo



prospé-xit. *Ps.* Complacuísti tibi, Dómine, in terra **tu-** a, * con-



vertísti captivi-tá-tem **Ia-** cob. [flex]

Psalmus 84

[Complacuísti tibi, Dómine, in terra tua, *

convertísti captivitátem Iacob.]

Remisísti iniquitátem plebis **tuæ**, *

operuísti ómnia peccáta **eórum**.

Contraxísti omnem **iram tuam**, *

revertísti a furóre indignatiónis **tuæ**.

Convérte nos, Deus, salutáris **noster**, *

et avérte iram **tuam** a **nobis**.

Numquid in ætérnum irascéris **nobis**, *

aut exténdes iram tuam a generatióne in generatióne?

Nonne tu convérsus vivificábis nos, *

et plebs tua lætábitur **in** te?

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam **tuam**, *

et salutáre **tuum** da **nobis**.

Audiam quid loquátur Dóminus **Deus**,

quóniam loquétur pacem ad plebem suam et sanctos **suos**, *

et ad eos qui convertúntur **corde**.

Verúmtamen prope tíméntes eum salutáre **ipsíus**, *

ut inhábitet glória **in** terra **nostra**.

Misericórdia et véritas obviavérunt **sibi**, *

iustítia et *pax* osculátæ sunt.

Véritas de terra **orta** est, *

et iustítia de *cælo* prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem, *

et terra nostra *dabit* fructum **suum**.

Iustítia ante eum ambulábit, *

et ponet in *via* gressus **suos**.

Ant. 2

PM 208 (OCO 377)

I a
Mi-se-ri-cór-di- a et vé- ri- tas præcé- dent fáci- em tu-am,
Dómi-ne. *Ps.* Misericórdias Dómini in æ- térnum cantá- bo, * in
generatióem et generatióem annuntiábo veritátem tuam in o-re
me- o. [flex]

Psalmus 88: 2 30, I

[Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo, *
in generatióem et generatióem
annuntiábo veritátem tuam in ore meo.]

Quóniam dixísti:

« In ætémum misericórdia **ædificábitur** », *
in cælis firmábitur **véritas tua**.
« Dispósui testaméntum **eléc-to meo**, *
iurávi David **servo meo**.

Usque in ætérnum confirmábo **semen tuum**, *
et **ædificábo** in generatióem et generatióem **sedem tuam** ».

Confítebúntur cæli mirábilia **tua, Dómine**, *
étenim veritátem tuam in **ecclésia sanctórum**.

Quóniam quis in núbibus **æquábitur Dómino**, *
símilis erit Dómino in **filii Dei**?

Deus, metuéndus in consílio **sanctórum**, *
magnus et terríbilis super omnes qui in circúitu eius sunt.

Dómine Deus virtútum, quis **símilis tibi**? *


Potens es, Dómine, et véritas tua in circúitu **tu**o.

Tu domináris **supérbiæ maris**, *
elatiónes flúctuum **eius** tu **mítigas**.
Tu conculcásti sicut vulnerátum **Rahab**, *
in bráccchio virtútis tuæ dispersísti **inimicos tuos**.
Tui sunt cæli, et **tua est terra**, *
orbem terræ et plenitúdinem eius **tu fundásti**.
Aquilónem et Austrum **tu creásti**, *
Thabor et Hermon in nómine tuo **exsultábunt**.
Tibi brácchium **cum poténtia**: *
firma est manus tua, et exaltáta **déxtera tua**.
Iustítia et iudícium firmaméntum sedis **tuæ**. *
Misericórdia et véritas præcédent **fáciem tuam**.
Beátus pópulus qui scit **iubilatióem**; *
Dómine, in lúmine vultus tui **ambulábunt**,
et in nómine tuo exsultábunt **tota die**, *
et in iustítia tua **exaltábúntur**.
Quóniam decor virtútis eórum **tu es**, *
et in beneplácito tuo exaltábitur **cornu nostrum**.
Quia Dómini est **scutum nostrum**, *
et sancti **Israël rex noster**.

Ant. 3

PM 207 (OCO 377)

II
Et e-go primo-gé- ni- tum ponam il-lum: excélsium
præ ré- gi- bus ter-ræ. *Ps.* Tunc locútus es in visióne sanctis tu-
is, et dixísti: Pósuí adiutórium in **potén-te**, * et exaltávi
eléc-



tum *de ple-* be.

II

[Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, et dixísti:

« Pósuí adiutórium in potén-te, *
et exaltávi eléctum de plebe.]

Invéni David servum meum; *

óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea firma erit cum eo, *

et bráccium meum confortábit eum.

Nihil profíciet inimícus in eo, *

et fílius iniquitátis non ópprimet eum.

Et concídám a fácie ipsíus inimícos eius, *

et odiéntes eum percútiam.

Et véritas mea et misericórdia mea cum ipso *

et in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Et ponam super mare manum eius, *

et super flúmina délixteram eius.

Ipse invocábit me. Pater meus es tu, *

Deus meus et refúgium salutis meæ.

Et ego primogénitum ponam illum, *

excélsus præ régibus terræ.

In ætérnum servábo illi misericórdiam meam, *

et testaméntum meum fidéle ipsi.

Et ponam in sáeculum sáeculi semen eius, *

et thronum eius sicut dies cæli ».

Ÿ. Notum fecit Dóminus, allelúia.

℞. Salutáre suum, allelúia.

Responsoria prolixa de Nativitate Domini.

Ad Laudes matutinas


LECTIO BREVIS

Párvulus natus est nobis, fílius datus est nobis; et factus est

principátus super úmerum eius: et vocábitur nomen eius admirábilis
Consiliárius, Deus fortis, Pater æternitátis, Princeps pacis.

Ad Benedictus, ant. (p. 1170)


NAT 31 (OCO 377)




Na- to Dómi-no, Ange-ló-rum cho-rus ca-né-bat, di-



cens: Sa- lus De- o nostro, alle-lú-ia. C. Be-ne-díctus Dómi-



nus De- us Isra -ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis



su- æ.

PRECES

Christum, in quo Pater ómnia instauránda decrevit, precémur:

Fili Dei amantíssime, audi nos.

Fili Dei, qui eras in princípío apud Patrem et in plenitúdine témporum
homo factus es,

—da nobis in omnes fratérnam caritátem.

Pauper factus es, ut paupertáte tua ditarémur; temetípsum exinanísti,
ut humilitáte tua resurgerémus, consórtes effécti glóriæ tuæ:

—Evangélii tui fidéles fac nos minístros.

In ténebris et in umbra mortis nobis sedéntibus lumen dedísti:

—virtútem, iustítiam et pacem páriter præsta.

Cor rectum et sincérum da nobis ad audiéndum verbum tuum,

—atque in nobis et in mundo abundántius pérface fructus ad glóriam
tuam.

Pater noster *in tono solemni.*

Oratio

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitatis líberet; quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet: Per Dóminum.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Quæ est ália nátio tam grandis, † quæ hábeat deos appropinquántes sibi: sicut Dóminus Deus noster adest cunctis obsecratióibus nostris?

Ad Sextam

Cantáte Dómino, quóniam magnífice fecit; † notum sit hoc in univérsta terra. Exsúlta et lauda, quæ hábitas in Sion, quia magnus in médio tui Sanctus Israël.

Ad Sextam

Et omnes natiónes in tota terra converténtur et timébunt Deum † vere et relínquent omnes idóla sua: Et benedícunt Deo ætérno in iustítia. † Omnes fílii Israël, qui liberabúntur in diébus illis, mémores Dei in veritaté, colligéntur et vénient in Ierúsalem. Et gaudébunt, qui dfligunt Deum in veritaté.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS


Christus ómnia nobis divínæ virtútis suæ ad vitam et pietátem donávit per cognitióem eius: qui vocávit nos própria glória et virtúte, per quæ pretiósá et máxima nobis promíssa donáta sunt: ut per hæc efficiámini divínæ consórtes natúræ, fugiéntes eam, quæ in mundo est in concupiscéntia, corruptióem.

Ad Magnificat, ant. (p. 1194)

AG 348 (OCO 377 = *)




Gaude- ámus omnes fi-dé- les, Salvá- tor no- ster na-



tus est in mundo: ho-di- e pro-céssit pro- les magní- fi- ci



gérmi- nis, et persé-ve-rat pu-dor virgi-ni- tá- tis. C. Magní-fi-



cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Christo, qui est dux ortus ex Bétlehem Iudæ ad pascéndum pópulum sanctum suum, læti acclamémus:

Grátia tua, Dómine, nobíscum.

Christe salvátor, desideráte géntium, diffúnde Evangélium tuum in regióibus, quæ verbum vitæ nondum recepérunt;

—omnem hóminem ad teípsum átrahe.

Christe Dómine, exténde Ecclésiám tuam et diláta locum tentórii eius,

—ut hómines ex omni lingua et natióne amplectátur.

Rex regum, corda et ánimas princípum dírige,

—ut, iustítiam requiréntes, pacem ac libertátem populórum ómnium operéntur.

Omnípotens dominátor, fragílium fortitúdo, tentátos confírma, delápsos érige, in perículis degéntes prótege,

—decéptos et desperátos consoláre, vexatórum fidem róborá.

Mæstórum consolátor, agonizántes confórta,

—deduc eos ad fontes aquæ vivæ.

Pater noster *in tono solemni.*

Oratio ut ad Laudes matutinas.

DIE 31 DECEMBRIS

Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1

NAT 28 (cf. OCO 377)

IV b

Læ-téntur cæ- li et exsúltet terra an-te fá- ci- em

Dómi- ni, quó- ni- am ve- nit. *Ps.* Cantá-te Dómino cánticum no-

vum, * cantáte Dómi-no, omnis **ter-** ra. [flex]

Psalmus 95

[Cantáte Dómino cánticum novum, *
cantáte Dómino, omnis terra.]
Cantáte Dómino, benedícite nómini **eius**, *
annuntiáte de die in diem **salutáre eius**.
Annuntiáte inter gentes **glóriam eius**, *
in ómnibus pópulis **mirábilia eius**.
Quóniam magnus Dóminus et laudábilis **nimis**, *
terribilis est **super omnes deos**.
Quóniam omnes dii **géntium inánia**, *
Dóminus **autem cælos fecit**.
Magnificéntia et pulchritúdo in **conspéctu eius**, *
poténtia et decor in **sanctuário eius**.
Afférte Dómino, **famíliae populórum**,
afférte Dómino **glóriam et poténtiam**, *
afférte Dómino **glóriam nóminis eius**.
Tóllite hóstias et introíte in **átria eius**, *
adoráte Dóminum in **splendóre sancto**.

Contremísците a fácie eius, univér**sa terra**, *
dícite in géntibus: « Dóminus **regnávit** ».
Etenim corréxit orbem terræ qui non **commovébitur**; *
iudicábit pópulos **in æquitáte**.
Læténtur cæli et exsúltet terra,
sonet mare et plenitúdo **eius**; *
gaudébunt campi et ómnia quæ in **eis sunt**.
Tunc exsultábunt ómnia ligna **silvárum**
a fácie Dómini, **quia venit**, *
quóniam venit iudicáre **terram**.
Iudicábit orbem terræ **in iustítia** *
et pópulos in **veritáte sua**.

Ant. 2

AG 99 (cf. OCO 377)

VIII a

Na-tus est no-bis ho-di- e salva- tor qui est Christus

Domi-nus in ci-vi-ta-te Da-vid. *Ps.* Dóminus regnávit, exsúltet

ter- ra, * læténtur însu-læ **mul-** tæ. [flex]

Psalmus 96

[Dóminus regnávit, exsúltet terra, *
læténtur însulæ multæ.]
Nubes et calígo in circúitu **eius**, *
iustítia et iudícium firmaméntum **sedis eius**.
Ignis ante ipsum **præcédet**, *
et inflammábit in circúitu **inimicos eius**.
Illustrárunť fúlgura eius orbem **terræ**: *
vidit et **contrémuit terra**.
Montes sicut cera fluxérunt a fácie **Dómini**, *
a fácie Dómini **omnis terra**.

Annuntiavérunt cæli iustítiam eius, *
 et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.
 Confundántur omnes qui adórant sculptília,
 et qui gloriántur in simulácris suis. *
 Adórent eum omnes ángeli eius.
 Audívit et lætáta est Sion,
 et exsultavérunt fíliæ Iudæ *
 propter iudícia tua, Dómine.
 Quóniam tu Dóminus, altíssimus super omnem terram, *
 nimis exaltátus es super omnes deos.
 Qui dilígitis Dóminum, odíte malum;
 custódit ipse ánimas sanctorum suórum, *
 de manu peccatóris liberábit eos.
 Lux orta est iusto, *
 et rectis corde lætítia.
 Lætámini, iusti, in Dómino, *
 et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

Ant. 3 AG 215 (cf. OCO 377)

VIII a

Iu-bi-lá-te in conspéctu Re-gis Dómi-ni. Ps. Cantá-te

Dómino cánticum no- vum, * quia mirabí-li- a fe- cit. [flex]

Psalmus 97

[Cantáte Dómino cánticum novum, *
 quia mirabília fecit.]
 Salvávit sibi délixtera eius, *
 et bráccium sanctum eius.
 Notum fecit Dóminus salutáre suum, *
 in conspéctu géntium revelávit iustítiam suam.
 Recordátus est misericórdiæ suæ *
 et veritátis suæ dómui Israël.
 Vidérunt omnes términi terræ *
 salutáre Dei nostri.

Iubiláte Deo, omnis terra, *
 erúmpite, exsultáte et psállite.
 Psállite. Dómino in cíthara, *
 in cíthara et voce psalmi;
 in tubis ductílibus et voce tubæ córneæ, *
 iubiláte in conspéctu regis Dómini.
 Sonet mare et plenitúdo eius, *
 orbis terrárum et qui hábitant in eo.
 Flúmina plaudent manu,
 simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini, *
 quóniam venit iudicáre terram.
 Iudicábit orbem terrárum in iustítia *
 et pópulos in æquitáte.

Ÿ Novíssime Deus locútus est nobis in Fílio.

℞ Per quem fecit et sácula.

Responsoria prolixa de Nativitate Domini.

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

In die illa erit germen Dómini in splendórem et glóriam et fructus terræ sublímis et exsultátio his, qui salváti fúerint de Israël. Et erit: omnis qui relíctus fúerit in Sion et resíduus in Ierúsalem, sanctus vocábitur: omnis, qui scriptus est ad vitam in Ierúsalem.

Ad Benedictus, ant. (p. 1167)

AG 339 (cf. OCO 377)

VII b

Facta est cum Ange- lo mul-ti- túdo cæ-léstis ex-érci-
 tus laudán-ti- um De- um et di- cén-ti- um: Gló-ri- a in ex-

cél- sis De- o, et in ter-ra pax homí-ni- bus bonæ vo-lun-
 tá- tis, alle-lú-ia. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- òl, *

quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Christum Dóminum, cuius grátia ómnibus homínibus appáruit,
 cum húmili fidúcia implorémus: *Dómine, miserére nostri.*
 Christe, a Patre génite ante ómnia sácula, splendor glóriæ eius,
 imágo eius substántiæ, qui verbo tuo unívsera susténtas,
 —te rogámus, ut Evangélio tuo hunc diem vivífices.
 Christe, in hoc mundo quando venit plenitúdo témporis nate, ad
 salvándum humánum genus et ad liberándam creatúram
 univérsam,
 —te rogámus, ut præstes ómnibus libertátem.
 Christe, Fili consubstantiális Patris, ante lucíferum génite, qui in
 Béthlehem natus es, ut adimpleréntur Scriptúræ,
 —te rogámus, ut paupértas effúlgeat in Ecclésia tua.
 Christe, Deus et homo, qui Dóminus es David et fílius eius,
 prophetías adímplens,
 —te rogámus, ut Israël te Messíam agnóscat.
 Pater noster *in tono solemni.*

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus: qui in Fílii tui nativité tribuísti
 totíus religiónis inítium perfectionémque constáre; da nobis,
 quæsumus, in eius portióne censéri, in quo totíus salutis humánæ
 summa consístit: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Suscitávi eum in iustítia et omnes vias eius dírigam; † ipse
 ædificábit civitátem meam et captivitátem meam dimíttet: non in
 prætio neque in munéribus, dicit Dóminus exercítuum.

Ad Sextam

In voce exsultatiónis annuntiáte; † audítum fácite hoc, efférte
 illud usque ad extrémam terræ, dícite: « Redémit Dóminus servum
 suum Iacob ».

Ad Sextam

Quæsítus sum ab his, qui non consulébant me, † invéntus sum ab
 his, qui non quærébant me. Dixi « Ecce ego, ecce ego! » ad gentem:
 quæ non invocábat nomen meum.

Die 1 ianuarii
SOLEMNITAS
SANCTÆ DEI GENETRICIS MARIÆ


Ad I Vesperas

HYMNUS


LHR 31



1. Corde na-tus ex Pa-rén-tis an-te mundi ex-ór-di- um,



Alpha et Ome-ga vo-cá-tus, i-pse fons et cláu-su-la




ómni- um quæ sunt fu- é- runt quæque post fu- tú- ra sunt.




2. Cór-po- ris for-mam ca-dú- ci, membra morti ob-nó- xi- a




índu- it, ne gens pe- rí- ret primo-plá- sti ex gé-mi- ne,



mér-se- rat quam lex pro- fúndo no-xi- á- lis tá- ra- ro.



3. O be- á- tus or-tus il- le, Vír-go cum pu- ér-pe- ra




é- di- dit nostram sa- lú- tem fe- ta Sancto Spí- ri- tu,



et pu- er red- émp- tor or- bis os sacrá- tum pró- tu- lit.



4. Ecce, quem va- tes ve- tú- stis conci- né- bant sæ- cu- lis,




quem pro- phe- tá- rum fi- dé- les pá- gi- næ spo- pón- de- rant,




é- mi- cat pro- mís- sus o- lim: cun- ta col- láu- dent e- um!



5. Gló- ri- am Pa- tri me- ló- dis per- so- né- mus vó- ci- bus;



gló- ri- am Chri- sto ca- ná- mus, ma- tre na- to vír- gi- ne,



incli-tóque sempi- tértam gló- ri- am Pa- rá- cli- to. A- men.


PSALMODIA

Ant. 1


AG 350 (cf. OCO 377)




O admi-rá- bi- le commér- ci- um! Cre- á- tor gé-




ne- ris humá- ni, animá- tum corpus sumens, de Vírgi- ne



nasci digná- tus est; et, pro- cé- dens homo si- ne sé- mi-



ne, largí- tus est nobis su- am De- i- tá- tem. *Ps.* Laudá- te



pú- eri Dó- mi- num, * laudá- te *nomen* Dó- mi- ni. [flex]


Psalmus 112

[Laudá- te, pú- eri Dó- mi- num, *
laudá- te *nomen* Dó- mi- ni.]
 sicut Líbanus fructus **eius florébit**, *
 et colligábitur sicui **fenum terræ**.
 Sit nomen eius **benedíctum in saécula**, *
 ante solem permanébit **nomen eius**.
 Et benedicéntur in ipso omnes **tribus terræ**, *
 omnes gentes **magnificábunt eum**.
 Benedíctus Dóminus Deus, **Deus Israél**, *
 qui facit mirabília **solus**;
 et benedíctum nomen maiestátis eius **in ætérnum**, *
 et replébitur maiestáte eius omnis terra. *Fiat, fiat.*

Ant. 2

AJ 1: 60, cf. Poissy MS, fo. 58^r (cf. OCO 379)

Ad-o-rá-te Dómi-num in au-la sancta e-ius, al-le-

lú-ia. *Ps.* Cantá-te Dómino cánticum **no-**vum, * cantáte Dómino,*omnis ter-* ra. [flex]

Psalmus 95

[Cantáte Dómino cánticum novum, *
 cantáte Dómino, omnis terra.]
 Cantáte Dómino, benedícite nómini **eius**, *
 annuntiáte de die in diem **salutare eius**.
 Annuntiáte inter gentes glóriam **eius**, *
 in ómnibus pópulis **mirabília eius**.
 Quóniam magnus Dóminus et laudábilis **nimis**, *
 terríbilis est super **omnes deos**.
 Quóniam omnes dii géntium **inánia**, *
 Dóminus autem **cælos fecit**.
 Magnificéntia et pulchritúdo in conspéctu **eius**, *
 poténtia et decor in sanctuário **eius**.
 Afférte Dómino, famíliæ populórum,
 afférte Dómino glóriam et **poténtiam**, *
 afférte Dómino glóriam **nóminis eius**.
 Tóllite hóstias et introíte in átria **eius**, *
 adoráte Dóminum in splendóre **sancto**.
 Contremíscite a fácie eius, univérsa **terra**, *
 dícite in géntibus: « Dóminus **regnávit** ».
 Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur; *
 iudicábit pópulos in **æquitáte**.

Læténtur cæli et exsúltet terra,
sonet mare et plenitúdo eius; *
gaudébunt campi et ómnia *quæ* in eis sunt.
Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárurum
a fácie Dómini, quia venit, *
quóniam venit iudicáre terram.
Iudicábit orbem terræ in iustítia *
et pópulos in veritáte sua.

Ant. 3

MG 63 (cf. OCO 379 = *)

Ado-rá-te De- um, al-le- lú-ia, omnes ánge- li e- ius,
al-le- lú-ia. Ps. Dóminus regnávít, exsúl-tet ter-ra, * læténtur
ínsu-læ mul- tæ. [flex]

Psalmus 96

[Dóminus regnávít, exsúltet terra, *
læténtur ínsulæ multæ.]
Nubes et calígo in circúitu eius, *
iustítia et iudícium firmaméntum sedis eius.
Ignis ante ípsum præcédet, *
et inflammábit in circúitu inimícos eius.
Illustrárunť fúlgura eius orbem terræ: *
vidít et contrémuit terra.
Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini, *
a fácie Dómini omnis terra.
Annuntiavérunt cæli iustítiam eius, *
et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.

Confundántur omnes qui adórant sculptília,
et qui gloriántur in simulácris suis. *
Adórent eum omnes ángeli eius.
Audívit et lætáta est Sion,
et exsultavérunt filíæ Iudæ *
propter iudícia tua, Dómine.
Quóniam tu Dóminus, altíssimus super omnem terram, *
nimis exaltátus es super omnes deos.
Qui dilígitis Dóminum, odíte malum;
custódit ipse ánimas sanctórum suórum, *
de manu peccatóris liberábit eos.
Lux orta est iusto, *
et rectis corde lætítia.
Lætámini, iusti, in Dómino, *
et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

Ÿ Annuntiavérunt cæli iustítiam eius.

Ź Et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.

*Responsorium prolixum post lectionem primam, Stella viderunt,
MG 63 (POP 694); post lectionem secundam, Tria sunt, ut ad I
Vesperas, p. (POP 694).*

Ad Laudes Matutinas

PSALMODIA

Ant. 1

AG 369 (cf. OCO 380)

A-pértis the-sáuris su- is, ob- tu- lé-runt ma- gi Dó-mi-
no au-rum, tus et myrrham, alle- lú-ia. Ps. De- us, De- us



me- us es tu; * ad te de luce vígi-lo. [flex]

Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.]
Sítívit in te **ánima mea**, *
te desiderávit *caro mea*.
In terra desérta et árida et inaquósa, †
sic in sancto **appáruí tibi**, *
ut vidérem virtútem tuam et glóriam **tuam**.
Quóniam mélior est misericórdia tua **super vitas**, *
lábía mea **laudábunt** te.
Sic benedícam te in **vita mea**, *
et in nómine tuo levábo *manus meas*.
Sicut ádipc et pinguédine repleátur **ánima mea**, *
et lábiis exsultatiónis **laudábit** os **meum**.
Cum memor ero tui **super stratum meum**, *
in matutínis **medítabor de** te,
quia fuísti **adiútor meus**, *
et in velaménto alárum tuárum **exsultábo**.
Adhásit **ánima mea post** te, *
me suscepit **déxtera tua**.

Ant. 2


AG 370 (cf. OCO 380)



Má-ri- a et flúmi-na, be-ne-dí-ci-te Dómi-no; hymnum



dí- ci-te, fon- tes, Dómi-no, al-le-lú-ia. C. Benedícite, ómnia ó-



pera Dómini, **Dómino** * laudáte et superexaltáte *eum* in **sæcu-la**.

Canticum

Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, **Dómino**; *
laudáte et superexaltáte *eum* in **sæcula**.]
Benedícite, ángeli Dómini, **Dómino**; *
benedícite, *cæli*, **Dómino**.
Benedícite, aquæ omnes quæ super *cælos* sunt, **Dómino**; *
benedícite, omnes virtútes *Dómini*, **Dómino**.
Benedícite, sol et *luna*, **Dómino**; *
benedícite, *stellæ cæli*, **Dómino**.
Benedícite, omnis imber *et ros*, **Dómino**; *
benedícite, omnes spíritus *Dei*, **Dómino**.
Benedícite, ignis et *æstus*, **Dómino**; *
benedícite, frigus *et æstus*, **Dómino**.
Benedícite, rores et *pruina*, **Dómino**; *
benedícite, gelu *et frigus*, **Dómino**.
Benedícite, glácies et *nives*, **Dómino**; *
benedícite, noctes *et dies*, **Dómino**.
Benedícite, lux et *ténebræ*, **Dómino**; *
benedícite, fúlgura *et nubes*, **Dómino**.
Benedícat *terra* **Dóminum**; *
laudet et superexáltet *eum* in **sæcula**.
Benedícite, montes et *colles*, **Dómino**; *
benedícite, universa germinántia *in terra* **Dómino**.
Benedícite, *fontes*, **Dómino**; *
benedícite, mária et *flúmina*, **Dómino**.
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in *aquis*, **Dómino**; *
benedícite, omnes vólucres *cæli*, **Dómino**.
Benedícite, omnes béstiæ et *pécora*, **Dómino**; *
benedícite, filii *hóminum* **Dómino**.
Benedícat *Israël* **Dómino**; *
laudet et superexáltet *eum* in **sæcula**.
Benedícite, sacerdótes *Dómini* **Dómino**; *
benedícite, servi *Dómini*, **Dómino**.

Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, **Dómino**; *
 benedícite, sancti et húmiles corde, **Dómino**.
 Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, **Dómino**; *
 laudáte et superexaltáte eum in **sæcula**.
 Benedicámus Patrem et Fílium cum *Sancto Spíritu*; *
 laudémus et superexaltémus eum in **sæcula**.
 Benedíctus es, Dómine, in firmaménto **cæli**; *
 et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in **sæcula**.

Ant. 3 AG 369 (cf. OCO 380)

Ve- nit lu- men tu- um, Ie- rú- sa- lem, et gló-
 ri- a Dó- mi- ni su- per te or- ta est, et ambu-
 lá- bunt gentes in lúmi- ne tu- o, al- le- lú- ia. *Ps.* Cantáte

Dómino **cánticum no- vum**; * laus eius in ecclési- a **sanctó- rum**.

Psalmus 149

[Cantáte Dómino **cánticum no- vum**; *
 laus eius in ecclésia **sanctórum**.]
 Lætétur Israël in eo qui **fecit eum**, *
 et filii Sion exsúltent in **rege suo**.
 Laudent nomen eius in **choro**, *
 in tympano et cíthara *psallant ei*.
 Quia beneplácitum est Dómino in **pópulo suo**, *
 et honorábit mansuétos *in salútem*.

Iúbilent **sancti in glória**, *
 læténtur in cubílibus **suis**.
 Exaltatiónes Dei in **gútture eórum**, *
 et gládii ancípites in **mánibus eórum**, *
 ad faciéndam vindíctam **in natióibus**, *
 castigatiónes in **pópulis**,
 ad alligádos reges eórum **in compédibus**, *
 et nóbiles eórum in **mánicis férreis**,
 ad faciéndum in eis iudícium **conscríptum**: *
 glória hæc est ómnibus *sanctis eius*.

LECTIO BREVIS

Quam pulchri super montes pedes annuntiántis, prædicántis pacem, annuntiántis bonum: prædicántis salútem, dicéntis Sion: «Regnávit Deus tuus!». Vox speculatórum tuórum: levavérunt vocem, simul exsultábunt, quia óculo ad óculum vidébunt, cum redérit Dóminus ad Sion. Gaudéte et exsultáte simul, desérta Ierúsalem: quia consolátus est Dóminus pópulum suum, redémit Ierúsalem. Nudávit Dóminus bráchium sanctum suum in óculis ómnium géntium: et vidébunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

RESPONSORIUM BREVE


Cf. AG 45

Ad- o- rá- bunt e- um * Omnes re- ges terræ. *Ÿ* Omnes
 gentes sérv- i- ent e- i. * Omnes. Gló- ri- a. Ad- o- rá- bunt.


Ad Benedictus, ant. (p. 1170)

AG 371 (cf. OCO 380)


Hó- di- e cæ- lé- sti sponso iuncta est Ecclé- si- a,




quó-ni- am in Iordá-ne la-vit Chri-stus e- ius crí- mi- na;




cur-runt cum mu-né- ri-bus ma- gi ad re-gá-les núpti- as; et



ex aqua fa-cta vi- no læ-tán-tur conví- væ, al-le- lú- ia.



C. Be-ne- díctus Dómi-nus De- us Isra- òl, *quia visitávit et fecit



redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Salvatórem nostrum, qui hódie a magis adorátus est, magno cum gáudio venerémur, acclamántes:

Lumen de lúmine, hunc diem illúmina.

Christe, qui manifestátus es in carne,
— nos per verbum Dei et oratióem sanctífica.

Christe, qui iustificátus es in Spíritu,
— líbera vitam nostram a spirítibus erróris.

Christe, qui apparuísti ángelis,
— fac ut gáudium cæli in terra percipiámus.

Christe, qui prædicátus es géntibus,
— áperi corda hóminum virtúte Spíritus Sancti.

Christe, qui créditus es in mundo,
— credéntium ómnium rénova fidem.

Christe, qui assúptus es in glória,
— accénde in nobis desidérium regni tui.
Pater noster *in tono sollemni*.

Oratio

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti, concéde propítius: ut qui iam te ex fide cognóvimus; usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ad Tertiam


Ant.

MG 61 (cf. OCO 375)



VIII a

Ve- ni- te ad-o-remus e- um qui- a ipse est Do-



mi-nus De- us noster. *Ps.* Omnes gentes, pláudite **mánibus**, * iu-




biláte Deo in voce exsulta- ti- ó- nis. [flex]

Ad Sextam


Ant.

AG 999 (cf. OCO 375)



VII a

Magni- fi-ca-bi- tur usque ad termi-nos terræ, et e- rit




i-ste pax. *Ps.* Omnes gentes, pláudi-te mánibus, * iubiláte Deo in
 voce exsulta- ti- ó- nis. [flex]

Ad Nonam

Ant. AM 1089 (OCO 375)

VIII a



Ecce de-di te in lu-cem Génti- um, ut sis sa-lus
 me- a usque ad extremum terræ. *Ps.* Omnes gentes, pláudite
 mánibus, * iubiláte Deo in voce exsulta- ti- ó- nis. [flex]

Psalmus 46

[Omnes gentes, pláudite mánibus, *
 iubiláte Deo in voce exsultatiónis.]
 Quóniam Dóminus altíssimus, terríbilis, *
 rex magnus super omnem terram.
 Subiécit pópulos nobis, *
 et gentes sub pédibus nostris.
 Elégit nobis hereditátem nostram, *
 glóriam Iacob quem diléxit.
 Ascéndit Deus in iúbilo, *
 et Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo, psállite; *
 psállite regi nostro, psállite.
 Quóniam rex omnis terræ Deus, *
 psállite sapiénter.
 Regnávít Deus super gentes, *
 Deus sedet super sedem sanctam suam.
 Príncipes populórum congregáti sunt *
 cum pópulo Dei Abraham,
 quóniam Dei sunt scuta terræ: *

Psalmus 85: 1-10

Inclína, Dómine, aurem tuam et exáudi me, *
 quóniam inops et pauper sum ego.
 Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum; *
 salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.
 Miserére mei, Dómine, *
 quóniam ad te clamávi tota die.
 Lætífica ánimam servi tui, *
 quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.
 Quóniam tu, Dómine, suávis et mitis, *
 et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.
 Auribus pércipe, Dómine, oratióem meam, *
 et inténde voci deprecatiónis meæ.
 In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, *
 quia exáudies me.
 Non est símilis tui in diis, Dómine, *
 et nihil sicut ópera tua.
 Omnes gentes quascúmque fecísti vénient, †
 et adorábunt coram te, Dómine; *
 et glorificábunt nomen tuum,
 quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: *
 tu es Deus solus.

Psalmus 97

Cantáte Dómino cánticum novum, *
 quia mirabília fecit.
 Salvávit sibi délixtera eius, *
 et brácchium sanctum eius.
 Notum fecit Dóminus salutáre suum, *
 in conspéctu géntium revelávit iustítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ *
 et veritátis suæ dómui Israël.
 Vidérunt omnes términi terræ *
 salutáre Dei nostri.
 Iubiláte Deo, omnis,terra, *
 erúmpite, exsultáte et psállite.
 Psállite. Dómino in cíthara, *
 in cíthara et voce psalmi;
 in tubis ductílibus et voce tubæ córmeæ, *
 iubiláte in conspéctu regis Dómini.
 Sonet mare et plenitúdo eius, *
 orbis terrárum et qui hábitant in eo.
 Flúmina plaudent manu,
 simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini, *
 quóniam venit iudicáre terram.
 Iudicábit orbem terrárum in iustítia *
 et pópulos in æquitáte.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Quis non timébit, Dómine, et glorificábit nomen tuum? † Quia solus Sanctus, quóniam omnes gentes vénient: et adorábunt in conspéctu tuo.

℣. In terris visus est.
 ℞. Et cum homínibus conversátus est.

Ad Sextam

Dixit mihi Dóminus: † « Parum est ut sis mihi servus ad suscitándas tribus Iacob et relíquias Israël reducéndas: dabo te in lucem géntium, ut sit salus mea usque ad extrémum terræ ».

℣. Vidébunt gentes iustum tuum.
 ℞. Et cuncti reges ínclitum tuum.

Ad Nonam

Applicabúntur gentes multæ ad Dóminum in die illa et erunt ei in pópulum. † Et habitábo in médio tui et scies: quia Dóminus

exercítuum misit me ad te.

℣. Benedícite, gentes, Deum nostrum.
 ℞. Et audítam fácite vocem laudis eius.

Ad II Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1

AG 333 (cf. OCO 380)

VII a

Magni- fi-cá-tus est Rex pa-cí- fi-cus su-per omnes re-
 ges u-ni-vérsæ terræ. *Ps.* Dixit Dóminus **Dómino me-** o: * Se-
 de a **dex-tris me-** is. [flex]


Psalmus 109: 1–5, 7

[Dixit Dóminus Dómino meo: *
 « Sede a dextris meis,]
 donec ponam inimícos **tuos** *
 scabéllum **pedum tuórum** ».
 Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex **Sion**: *
 domináre in médio inimicórum tuórum.
 Tecum principátus in die virtútis tuæ, †
 in splendóribus **sanctis**, *
 ex útero matutíni velut rorem **génui** te.
 Iurávit Dóminus et non pænitébit eum. *
 « Tu es sacérdos in ætérnum
 secúndum órđinem **Melchísedech** ».
 Dóminus a **dextris tuis**, *
 conquassábit in die iræ **suæ reges**.

De torrén-te in **via** **bibet**, *
proptérea exaltábit **caput**.

Ant. 2

AG 344 (cf. OCO 380)



Ex-ór- tum est in téne- bris lu- men re- ctis corde; mi-
sé- ri- cors et mi- se- rá- tor et iustus Dómi- nus. *Ps.* Be- átus vir qui
ti- met Dóminum, * in mandátis eius cu- pit ni- mis. [flex]


Psalm 112

[Beátus vir qui timet Dóminum, *
in mandátis eius cupit nimis.]
Potens in terra erit **semen** eius, *
generátio rectórum **benedicétur**.
Glória et divítiae in **domo** eius, *
et iustítia eius manet in **sæculum** **sæculi**.
Exórtum est in ténebris **lumen** **rectis**, *
miséricors et miserátor et **iustus**.
Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, †
dispónet res suas **in iudício**, *
quia in ætérnum **non** commovébitur.
In memória æténa erit **iustus**, *
ab auditióne mala **non** timébit.
Parátum cor eius, sperans in Dómino, †
confirmátum est cor eius, **non** timébit, *
donec despíciat inimícos **suos**.
Distríbuit, dedit paupéribus; †
iustítia eius manet in **sæculum** **sæculi**, *
cornu eius exaltábitur in **glória**.

Peccátor vidébit et irascétur, †
déntibus suis fremet **et tabéscet**. *
Desidérium peccatórum **períbit**.

Ant. 3

MG 58 (cf. OCO 413)



Omnes gentes, quascúmque fe- cí- sti, vé- ni- ent, et
a- do- rá- bunt coram te, Dómi- ne. *C.* Magna et mirabília sunt
ó- pe- ra tu- a, * Dómine De- us omní- po- tens. [flex]

Canticum

Ap 15: 3–4

[Magna et mirabília sunt ópera tua, *
Dómine Deus omnípotens:]
iustæ et veræ sunt **viæ tuæ**, *
rex sæculórum.
Quis non timébit te, **Dómine**, *
et magnificábit nomen **tuum**?
quia solus pius **es**, †
quóniam omnes gentes vénient et adorábunt in **conspéctu tuo**, *
quóniam iudicia tua **manifésta** sunt.

LECTIO BREVIS

Appáruit benígnitas et humánitas salvatóris nostri Dei, non ex opéribus iustítiae, quæ fécimur nos, sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit: per lavácrum regeneratiónis et renovatiónis Spíritus Sancti.

Responsorium breve ut ad I Vesperas.

Ad Magnificat, ant. (p. 1176)

AM 296 (OCO 380)

I a

Tri-bus mi- rá- cu- lis orná- tum di- em sanctum
 có- limus: hó- di- e stel- la Ma- gos du- xit ad præ-
 sé- pi- um: hó- di- e vi- num ex aqua factum est ad núpti- as:
 hó- di- e in Iordá- ne a Io- á- nne Christus bap- ti- zá- ri vó-
 lu- it, ut sal- vá- ret nos, alle- lú- ia. C. Ma- gni- fi-
 cat * á- ni- ma me- a Dó- mi- num.

PRECES

Salvatorem nostrum, qui hodie a magis adoratus est, magno cum gaudio veneremur, deprecantes:

Animas pauperum salvas fac, Domine.

Rex gentium, qui tamquam earum primitias ad te adorandum magos vocasti,

— spiritum nobis adorationis et servitii largiaris.

Rex glorie, qui iudicas populum tuum in iustitia,

— abundantiam pacis concede hominibus.

Rex æternæ, qui permanes in omnes generationes,

— verbum tuum in corda sicut stillicidia mitte stillantia.

Rex iustitiæ, qui liberare vis pauperem, cui non est adiutor,

— miseris et afflictis esto propitius.

Domine, cuius nomen est benedictum in sæcula,

— in fratribus nostris defunctis mirabilia tuæ salutis adimple.

Pater noster *in tono solemni.*

Oratio ut ad Laudes matutinas.

IN DIEBUS A EPIPHANIA
AD FESTUM BAPTISMATIS DOMINI

Ad Officium lectionis

Responsoria prolixa de Epiphania Domini.

FERIA II POST EPIPHANIAM VEL DIE 7 IANUARI

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Párvulus natus est nobis, fílius datus est nobis; et factus est principátus super úmerum eius: et vocábitur nomen eius admirábilis Consiliárius, Deus fortis, Pater æternitátis, Princeps pacis.

Ad Benedictus, ant. (p. 1173)


AG 373 (cf. OCO 380)

VIII a

Ab O-ri- én-te ve-né- runt ma- gi in Béthle-hem ado-
rá-re Dómi- num, et a-pér-tis the-sáuris su- is pre-ti- ó- sa
mú-ne-ra ob-tu-lé- runt: aurum sic-ut Re- gi magno, tus
sic-ut De- o ve- ro, myrrham se-pul-tú-ræ e- ius, al-le-



lú-ia. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- el, * quia visitávit



et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Christo, salutári Dei, quod vidérunt omnes fines terræ, laudes exsolvámus et lætánter acclamémus: *Glória tibi, Christe Dómine.* Redémptor ómnium, qui véniens murum separatiónis Iudæi et Gentílis destruxísti,
— discrímína, quæ humánam dignitátem dedéceant, fac ut deleántur in mundo.

Qui per incarnatiónem et nativitátem tuam inter nos præséntiam instaurásti,
— doce nos multímodam præséntiam tuam in Ecclésia et in homínibus agnóscere.

Qui Deum homínibus pleníssime revelásti,
— índica nobis quómodo verbo tuo íntegra fide consentiámus et ópere.

Emmánuel, qui ómnia mirabíliter reformásti,
— tríbue nobis, ut nova sint ómnia, corda, voces et ópera.
Pater noster *in tono simplici.*

Oratio

Corda nostra, quæsumus, Dómine, tuæ maiestátis splendor illústret: quo per mundi huius ténebras transíre valeámus; et perveniámus ad pátriam claritátis æternæ: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Quæ est ália nátio tam grandis, † quæ hábeat deos appropin-

quántes sibi: sicut Dóminus Deus noster adest cunctis obsecratióibus nostris?

Ad Sextam

Cantáte Dómino, quóniam magnífice fecit; † notum sit hoc in unívrsa terra. Exsúlta et lauda, quæ hábitas in Sion, quia magnus in médio tui Sanctus Israël.

Ad Nonam

Et omnes natiónes in tota terra converténtur † et timébunt Deum vere et relínquent omnes idóla sua. Et benedícant Deo ætérno in iustítia. † Omnes fílii Israël, qui liberabúntur in diébus illis, mémores Dei in veritáte, colligéntur et vénient in Ierúsalem. Et gaudébunt, qui díligunt Deum in veritáte.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Christus ómnia nobis divínæ virtútis suæ ad vitam et pietátem donávit per cognitióem eius, qui vocávit nos própria glória et virtúte, per quæ pretiósá et máxima nobis promíssa donáta sunt: ut per hæc efficiámini divínæ consórtes natúræ, fugiéntes eam, quæ in mundo est in concupiscéntia, corruptióem.

Ad Magnificat, ant. (p. 1196)


AG 375 (cf. OCO 380)



Vi-déntes stel-lam, ma-gi ga-ví-si sunt gáudi-o magno;



et intrántes do-mum, ob-tu-lé-runt Dómi-no aurum, tus,



et myrrham. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Benedíctus Christus Dóminus, qui in ténebris et in umbra mortis sedéntes visitávit, ut eos illumináret. Ab eo pia devotióne petámus: *Christe, sol óriens, osténde lucem tuam.*

Christe Dómine, qui véniens, natálem Córporis tui, quod est Ecclésia, operátus es,

— fac ut illa crescat et ædificétur in caritaté.

Qui pugíllo cælum et terram regis,

— fac ut pópuli eorúmque rectóres regálem potestátem tuam agnóscant.

Qui per incarnatióem tuam sacérdos ætérnus factus es,

— sacerdotés redde minístros tuæ redemptiósne idóneos.

Qui in sinu Vírginis Mariæ humanitátis et divinitátis mýsticum es conúbium operátus,

— bénedic vírgines cælésti tibi Sponso consecrátas.

Qui, iunctus substántiæ nostræ mortalitátis, mortem quam non fecísti, abolésti,

— mortem defunctorum in vitam ætérnam mutáre dignéris.

Pater noster *in tono simplici.*

Oratio ut ad Laudes matutinas.

FERIA III POST EPIPHANIAM VEL DIE 8 IANUARI

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

In die illa erit germen Dómini in splendórem et glóriam et fructus terræ sublímis et exsultátió his, qui salváti fúerint de Israël. Et erit, omnis qui relíctus fúerit in Sion et resíduus in Ierúsalem: sanctus vocábitur, omnis, qui scriptus est ad vitam in Ierúsalem.

Ad Benedictus, ant. (p. 1152)

AG 370 (cf. OCO 380)



Tri- a sunt mú-ne-ra quæ obtu-lé-runt ma-gi Dómi-no,



aurum, tus, et myrrham, Fí- li- o De- i, Re- gi magno,



alle-lú-ia. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- ðl, * quia vi-



sitávit et fecit redemptionem ple-bis su- æ.

PRECES

Misericórdiam Christi celebrémus, qui venit ut creatúra liberarétur a servitúte corruptionis in libertátem filiórum Dei. Hac divína freti pietáte, rogémus: *Per nativítatem tuam, libera nos a malo.*

Dómine, qui, ab ætérno exsístens, novam vitam ingressus es,
— rénova nos semper per mystérium natális tui.

Qui divinitátem non amíttens, humanitátem mirabíliter assumpsísti,
— præsta, ut vita nostra ad pleniórem divinitátis tuæ participatióem nitátur.

Qui véniens, lumen géntium et magíster sanctitátis factus es,
— præsta, ut sermo tuus sit lucérna pédibus nostris.

Verbum Dei, quod in sinu Mariæ Vírginis caro factum es et in hunc mundum venísti,

— in córdibus nostris per fidem semper inhabitáre dignéris.

Pater noster *in tono simplici.*

Oratio

Deus, cuius Unigénitus in substántia nostræ carnis apparuit; præsta, quæsumus, ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, intus reformári mereámur: Qui tecum vivit.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Suscitávi eum in iustítia et omnes vias eius dírigam; † ipse ædificábit civitátem meam et captivitátem meam dimíttet: non in prætio neque in munéribus, dicit Dóminus exercítuum.

Ad Sextam

In voce exsultatiónis annuntiáte; † audítum fácite hoc, efférte illud usque ad extréma terræ, dícite: « Redémit Dóminus servum suum Iacob ».

Ad Nonam

Quæsítus sum ab his, qui non consulébant me, invéntus sum ab his, qui non quærébant me. † Dixi: « Ecce ego, ecce ego! » ad gentem, quæ non invocábat nomen meum.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Erámus natúra filii iræ sicut et céteri. Deus autem, qui dives est in misericórdia, propter nímiam caritátem suam, qua diléxit nos, et cum essémus mórtui peccátis, convivicávit nos Christo: grátia estis salváti.

Ad Magnificat, ant. (p. 1200)


AG 100 (cf. OCO 380)



Lux de lu- ce appa-ru- í- sti, Chri- ste, cu- i ma- gi



mú- ne- ra óf- fe- runt, alle- lú- ia, alle- lú- ia, al- le- lú- ia. B



C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Cum ómnibus christiánis in laude et oratióne coniúcti, Dóminum deprecémur: *Audi filios tuos, Pater sancte.*

Succúrre iis qui te, Deum ignótum, in umbris quærunt et imaginibus; — récrea eos lúmine Christi.

Réspice omnes, qui te únicum Deum adórant et in die novíssimo iúdicem exspéctant;

— te semper propítium nobíscum agnóscant.

Meménto ómnium, quibus das vitam, lumen et ómnia;

— ne longe a te inveniántur.

Viatóres omnes angélica tutéla defénde,

— et eos a subitánea et improvísá morte serva.

Qui defúnctis veritátem tuam in terris ostendísti,

— duc eos usque ad spéciem tuæ celsitúdinis contemplándam.

Pater noster *in tono simplici.*

Oratio ut ad Laudes matutinas.

FERIA IV POST EPIPHANIAM VEL DIE 9 IANUARI

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Dedi te in fœdus pópuli, ut suscitáres terram et distribúeres hereditátes dissipátas: ut díceres his, qui vincti sunt, «Exíte», et his, qui in ténebris, «Revelámini».

Ad Benedictus, ant. (p. 1152)


AM 299 (OCO 380)




Ví-di-mus stel-lam e-ius in O-ri-én-te, et vé-ni-



mus cum muné-ri-bus ado-rá-re Dómi-num. C. Be-ne-díctus



Dómi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiόνem



ple-bis su- æ.

PRECES

Verbum ætérnum, a Patre génitum, in plenitú-dine témporis nobis ut párvulus natum est et ut fílius datum est. Ipsi sic lætá-nter acclamémus: *Benedíctus esto, Dómine.*

Fili Dei vivi, qui es priúsqvam mundus fieret et in terram venísti ad salvándos hómines,

— Evangé-llii tui nos éffice testes.

Sol iustítiae, qui fulsísti de sinu Patris et univérsum illuminásti mundum,

— omnes illústra, qui in ténebris mortis sedent.

Qui párvulus factus es, et in præsépio pósito,

— simplicitátem in nobis rénova parvulórum.

Qui pro nobis factus es panis vivus ad vitam ætérnam,

— per sacraméntum altáris tui corda nostra lætífica.

Pater noster *in tono simplici.*

Oratio

Deus, illuminátor ómnium géntium; da pópulis tuis perpétua pace gaudére” et illud córdibus nostris spléndidum lumen infúnde; quod patrum nostrórum méntibus aspersísti: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Fidélis sermo et omni acceptióne dignus: † Christus Iesus venit in mundum: peccatóres salvos fácere.

Ad Sextam

Cívitas non eget sole neque luna, ut líceant ei, † nam cláritas Dei illuminávit eam, et lucérna eius est Agnus. Et ambulábunt gentes per lumen eius, et reges terræ áfferunt glóriam suam in illam.

Ad Nonam

Hæc est annuntiátio, † quam audívimus ab eo et annuntiamus vobis: quóniam Deus lux est et ténebræ in eo non sunt ullæ.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

Erípuit nos Deus de potestáte tenebrárum et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suæ in quo habémus redemptiónem, remissionem peccatórum: qui est imágo Dei invisibilis, primogénitus omnis creatúrae.

Ad Magnificat, ant. (p. 1200)

AM 299 (OCO 380)

VIII a

In- ter-ro-gá-bat Ma- gos He- ró- des: Quod si-
gnum vi-dí-stis super natum Re-gem? Stel-lam ví-dimus fulgén-

tem, cu- ius splendor il-lú- mi-nat mundum. C. Ma-gní- fi-
cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Láudibus Verbum Dei prosequámur, qui venit ut ómnia peccáta nostra in mare próceret, et hac certitúdine confirmáti ipsum exorémus, dicéntes: *Manífesta misericórdiam tuam, Dómine.*
Sacérdos ætérne, qui mundum ingrédians, cultus plenitúdinem instituísti,
— per Ecclésiam tuam huius liturgíæ omnes fac partícipes.
Médice animárum et córporum, qui omnes nos ægrótos visitáre venísti,
— infirmos sana et róborá.
Qui in nativité tua causam cunctis commúnis lætítiæ præstitústi,
— míseris et peccatóribus succúrre, ut in te gáudeant.
Rex fortis qui véteris servitútis víncula confregisti,
— solve compeditos et deténtis cónsule cárcere.
Qui véniens, factus es óstium cæli patens,
— per illud in cælum defúctos admítte.
Pater noster *in tono simplici.* *Oratio ut ad Laudes matutinas.*

FERIA V POST EPIPHANIAM VEL DIE 10 IANUARIII

Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS

Dícite fíliæ Sion: Ecce salus tua venit, ecce merces eius cum eo et præmium eius coram illa. Et vocábunt eos Pópulus sanctus, Redémpti a Dómino.

Ad Benedictus, ant. (p. 1164)


AM 299 (OCO 380)




Omnes na- ti- ó- nes vé- ni- ent a lon-ge,



portántes múne-ra su- a, alle- lú-ia. C. Be-ne-díctus Dómi-



nus De- us Isra- ðl, * quia visitávit et fecit redemptiÓNem ple-



bis su- æ.

PRECES

Magnália Dómini celebrémus, quia consolátus est nos in nativitate

Fílii sui, et lætíssimi acclamémus omnes:

Glória in excélsis Deo.

Cum ángelis et patriárchis et prophétis,

— laudámus te, Dómine.

Cum Vírgine Dei Genetríce María,

— magníficat ánima nostra te, Dómine.

Cum apóstolis et evangelístis,

— grátias ágimus tibi, Dómine.

Cum ómnibus sanctis Christi martýribus,

— córpora nostra tibi sanctam hóstiam exhibémus.

Cum ómnibus sanctis Ecclésiæ téstibus,

— nostram tibi vitam devotíssime consecrámus.

Pater noster *in tono simplici.**Oratio*

Deus, qui per Fílium tuum æternitátis tuæ lumen cunctis géntibus

suscitásti: da plebi tuæ fulgórem plenum sui Redemptóris agnóscere; ut ad perpétuam claritátem per eius increménta pervéniat: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

De Sion exíbit lex et verbum Dómini de Ierúsalem. † Et iudicábit gentes et árguet pópulos multos, et conflábunt gládios suos in vómeres et lánceas suas in falces: non levábit gens contra gentem gládium, nec exercebúntur ultra ad prœlium.

Ad Sextam

Pópulus, qui ambulábat in ténebris, † vidit lucem magnam: habitántibus in regiÓne umbræ mortis lux orta est eis.

Ad Nonam

Fílii tui, Ierúsalem, de longe véniunt et fíliæ tuæ in ulnis gestántur. † Tunc vidébis et illumináberis, et palpitábit et dilatábitur cor tuum: quia cónfluet ad te multitúdo maris, fortitúdo géntium véniet tibi.

Ad Vesperas

LECTIO BREVIS


Deus lux est et ténebræ in eo non sunt ullæ. Si in luce ambulémus, sicut ipse est in luce: communiÓnem habémus ad ínvicem, et sanguis Iesu Fílii eius mundat nos ab omni peccáto.

Ad Magnificat, ant. (p. 1200)


AM 299 (OCO 380)



Omnes de Sa-ba vé-ni- ent, aurum et tus de-



fe-réntes, alle-lú-ia, alle-lú-ia. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a



Dómi-num.

PRECES

Cum ómnibus frátribus, nobis in oratióne coniúctis, Deum benedicámus et precémur, dicétes:

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

Pater sancte, orámus te pro iis, qui te ratiónis tantum lúmine cognóscunt,

— ut étiam Evangéllii Fílii tui luce diténtur.

Réspice omnes, qui extra Ecclésiám degéntes liberatióne ab humánæ condiciónis angústiiis quærunt,

— ut Christum viam, veritátem et vitam invéniant.

Adiuva hómínes, qui religióne suam sincére colunt,

— ut in admirábile lumen Christi tui pervéniant.

Purífica semper corda fidélium,

— ut te clárius usque perspícient.

Tuam manifésta misericórdiam in defúntis:

— eos índue glória electórum tuórum.

Pater noster *in tono simplici.*

Oratio ut ad Laudes matutinas.

FERIA VI POST EPIPHANIAM VEL DIE 11 IANUARIII


Ad Laudes matutinas

LECTIO BREVIS


Convertímini ad me et salvi éritis: omnes fines terræ, quia ego Deus, et non est álius. In memetípso iurávi: Egréssa est de ore meo iustítia, verbum, quod non revertétur: quia mihi curvábatur omne genu, et iurábit omnis lingua.

Ad Benedictus, ant.. (p. 1170)


AM 300 (OCO 380)



Vé-ni- ent ad te qui de-tra-hé-bant ti-bi, et a-do-



rábunt vestí-gi- a pe-dum tu- ó- rum. C. Be-ne-díctus Dómi-nus



De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptióne plebis su-æ.

PRECES

Honor et glória Christo, qui venit ut novum hómíne in corde creáret et spírítu. Eum invocémus, dicétes:

Per nativítatem tuam rénova nos.

Qui, humanitátem índuens, divinitátis sacraméntum nobis præbuísti, — fac ut te agnoscámus in verbi et Córporis tui mystério, quod Ecclésiæ tradidísti.

Cónditor géneris humáni, qui per incontaminátam Vírgíne homo inter hómínes factus es,

— tríbue nobis, ipsa intercedénte, divinitátem tuam salúbríter attíngere.

Redémptor noster, qui in terram sicut plúvia in vellus descendísti, — írriga ánimas nostras aqua viva saliénte in vitam ætérnam.

Nobis, qui tuæ vitæ in mundo celebrámus ínítium,

— concéde, ut ad virum perféctum in mensúram ætátis plenitúdinis tuæ perveníre annitámur.

Pater noster *in tono simplici.*

Oratio

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut Salvatóris mundi, stella duce; manifestáta natívitas méntibus nostris revelétur semper et crescat: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Exsultáte in lætítia propter Iacob et hinníte cápiti géntium; personáte, cánite et dícite: † « Salva, Dómine, pópulum tuum, relíquias Israë ». Ecce ego addúcam eos de terra aquilónis et congregábo eos ab extrémis terræ.

Ad Sextam

Redémit Dóminus Iacob et liberávit eum de manu potentióris. † Et vénient et laudábunt in monte Sion: et cónfluent ad bona Dómini.

Ad Nonam

Ecce ego salvábo pópulum meum de terra oriéntis et de terra occásus solis: † et addúcam eos, et habitábunt in médio Ierúsalem: et erunt mihi in pópulum, et ego ero eis in Deum in veritáte et iustítia.

Ad Vesperas


LECTIO BREVIS

Deus Fílium suum mittens in similitúdine carnis peccáti et pro peccáto, damnávit peccátum in carne ut iustítia legis implerétur in nobis: qui non secúndum carnem ambulámus, sed secúndum Spíritum.


Ad Magnificat, ant. (p. 1178, 1180)

AM 300 (OCO 380)


I b



Admó- ni- ti Ma-gi in somnis ab Ange- lo, per



á- li- am vi- am revérsi sunt in re-gi- ó-nem su- am. C. Ma-



gní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Patrem, qui Christum lucem géntium pósuit, orémus:

Pater noster, exáudi nos.

Exténde Ecclésiam tuam,
— ut Fílii tui glória revelétur.

Pater ætérne, qui ad Fílium tuum géntium sapiéntes direxísti,
— manífesta illum ómnibus, qui veritátem quærunt.

Voca gentes in admirábile lumen tuum,
— ut in nómine Iesu omne genu flectátur.

Mitte operários in messem tuam,
— ut páuperes evangelizéntur, et tempus grátiae prædicétur.

Plenam redemptioném concéde defúntis,
— ut gaudeant de victória per Christum Fílium tuum comparátam.

Pater noster *in tono simplici.**Oratio ut ad Laudes matutinas.*

SABBATO POST EPIPHANIAM VEL DIE 12 IANUARI

Ad Laudes matutinas


LECTIO BREVIS

Candor lucis ætérnæ est Sapiéntia et spéculum sine mácula Dei poténtiæ et imágo bonitátis illius. Et, cum sit una, ómnia potest, et in se pérmanens ómnia innovat: et per generatiónes in ánimas sanctas se tránsferens amícos Dei et prophétas constituit.

Ad Benedictus, ant. (p. 1137)

AG 390 (OCO 380 = CAO 3083)

I b



De- fi- ci- énte vi- no, iussit Ie- sus implé- ri hýdri- as

aqua, quæ in vi- num convér- sa est, alle- lú-ia. C. Be-
ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- òl, * quia visitávit et fecit red-
emptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Christum glorificémus, qui est imágo Dei, et cum fide deprecémur:

Christe, Fili Dei, audi nos.

Fili Dei, qui amórem Patris nobis ostendísti,

— per fratérnam dilectiónem nostram, illum homínibus manifestá.

Qui te vitæ dóminum ostendísti,

— confer nobis plenitúdinem vitæ tuæ.

Concéde ut manifestémus vitam tuam in corpóribus nostris,

— mortificatióem tuam in córpore nostro circumferéntes.

Illúmina corda nostra,

— ad illuminatióem sciéntiæ claritátis Dei.

Pater noster *in tono simplici*.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus: qui per Unigénitum tuum novam creatúram nos tibi esse fecísti; præsta, quæsumus, ut per grátiam tuam in illíus inveniámur forma, in quo tecum est nostra substántia: Per Dóminum.

Ad Horam mediam

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

In odórem suavitátis suscípiam vos, cum edúxero vos de pópulis

† et congregávero vos de terris, in quas dispérsi estis, et sanctificábor in vobis in óculis natiónum. Et sciétis quia ego Dóminus.

Ad Sextam

Ecce ego ipse requíram oves meas et visitábo eas. † Sicut vísitat pastor gregem suum in die, quando fúerit in médio óvium suárum dissipatárum: sic visitábo oves meas et liberábo eas de ómnibus locis, in quibus dispérsæ fúerant.

Ad Nonam


Congregatióem congregábo, Iacob, totum te; † in unum condúcam relíquias Israël, páriter ponam illum quasi gregem in ovíli: quasi pecus in médio páscuæ.

Dominica post diem 6 ianuarii occurrente
IN BAPTISMATE DOMINI
 Festum


Ad I Vesperas

HYMNUS

AG 387, 368



1. A Patre U-ni-gé-ni-te, ad nos ve-nis per Vír-gi-nem,




ba-ptismi ro-re cónse-crans cunctos, fi-de re-gé-ne-rans.



2. De cæ-lo cel-sus pró-di-ens éxci-pis formam hómi-nis,



fa-ctú-ram mor-te ré-di-mens, gáudi-a vi-tæ lárgi-ens.



3. Hoc te, Red-émptor, quæ-su-mus: il-la-be-re pro-pí-ti-us,



cla-rúm-que nostris cór-di-bus lumen præ-be-de-í-fi-cum.



4. Ma-ne no-bíscum, Dó-mi-no, noctem obscú-ram ré-move,



omne de-lí-ctum áblu-e, pi-e me-dú-lam trí-bu-e.



5. O Chri-ste, vi-ta, vé-ri-tas, ti-bi sit omnis gló-ri-a,



quem Patris atque Spí-ri-tus splendor revé-lat cœli-tus. A-men.

PSALMODIA

Ant. 1

CAO 3503: DK-Kk 3449, fo. 175^r (OCO 380)



Io-ánnes qui-dem clamá-bat di-cens: E-go non sum di-




gnus bap-ti-zá-re Dó-mi-num! Respóndit Ie-sus et di-xit: Si-ne



modo, sic e-nim de-cet nos ad-implé-re omnem iu-stí-ti



am, alle-lú-ia. *Ps.* Laudá-te no-men Dó-mi-ni, * laudá-te, *ser-*



vi **Dómini**. [flex]

Psalmus 134 (I)


[Laudáte nomen **Dómini**, *
 laudáte, servi **Dómini**,]
 qui státis in **domo Dómini**, *
 in átriis domus *Dei nostri*.
 Laudáte **Dóminum**, quia **bonus Dóminus**; *
 psállite nómini eius, quóniam *suáve*.
 Quóniam Iacob elégit **sibi Dóminus**, *
 Israël in *pecúlium sibi*.
 Quia ego cognóvi quod **magnus est Dóminus**, *
 et Deus noster *præ ómnibus diis*.
 Omnia quæcúmque vóluit **Dóminus**, †
 fecit in **cælo et in terra**, *
 in mari et in *ómnibus abyýssis*.
 Addúcens nubes ab extrérno *terræ*, †
 fúlgura in **plúviam facit**, *
prodúcit ventos de thesáuris suis.
 Qui percússit *primogénita Ægýpti* *
 ab hómine *usque ad pecus*.
 Misit signa et prodígia in *médio tui, Ægýpti* *
 in Pharaónem et in omnes *servos eius*.
 Qui percússit **gentes multas**, *
 et occídít *reges fortes*:
 Sehon regem Amorrhæórum, et Og **regem Basan**, *
 et *ómnia regna Chánaan*.
 Et dedit terram eórum *hereditátem*, *
 hereditátem Israël *pópulo suo*.

Ant. 2


CAO 1835: D-Mbs Clm 4303, fo. 109^r (OCO 380)




Cæ- li a-pér-ti sunt su-per e- um, et vox facta est de



cæ-lo di-cens: Hic est Fí- li- us me- us dí- lé-ctus in quo mi-



hi complá- cu- i. *Ps.* Dómine, nomen tuum in æ-**tér-num**; * Dó-



mine, memoriále tuum in generatió-nem et genera- ti- ó- nem.


II

[Dómine, nomen tuum in ætérnum; *
 Dómine, memoriále tuum in generatió-nem et generatió-nem.]
 Quia iudicábit **Dóminus** pópulum **suum**, *
 et servórum suórum **miserébitur**.
 Simulácula géntium argéntum et **aurum**, *
 ópera **mánuum hóminum**.
 Os habent, et non loquéntur; *
 óculos habent, et **non vidébunt**;
 aures habent, et non **áudient**; *
 neque enim est spíritus in ore **ipsórum**.
 Sí-miles illis fiant qui faciunt ea, *
 et omnes qui **confidunt in eis**.
 Domus Israël, benedícite **Dómino**; *
 domus Aaron, benedícite **Dómino**;
 domus Levi, benedícite **Dómino**; *
 qui timétis **Dóminum**, benedícite **Dómino**.
 Benedíctus **Dóminus ex Sion**, *
 qui hábitat in **Ierúsalem**.


Ant. 3

AG 369


I c



Ve-nit lumen tu-um, Ie- rú- sa- lem, et gló-



ri- a Dó- mi-ni su-per te or- ta est: et ambu-



lá-bunt gentes in lúmi- ne tu- o, al-le- lú- ia.

Canticum

cf. 1 Tim 3: 16

I c




℟. **Lauda Ierú-sa-lem Dómi-num.** Qui ma-ni-fes-tus



est in carne, * ius-ti-fi-cá-tus est in spi-ri- tu. ℟. **Lauda**



Ierú-sa-lem Dómi-num. Apprá-ru- it ángel- is, * præ-di-cá-



tus est génti-bus. ℟. **Lauda Ierú-sa-lem Dómi-num.** Cré-di-



tus est in mundo, * assúptus est in gló-ri- a. ℟. **Lauda Ierú-**



sa-lem Dómi-num. Gló-ri- a Pa-tri et Fí- li- o, * et Spí-ri-tu-



i Sancto. ℟. **Lauda Ierú-sa-lem Dómi-num.** Sic-ut e-rat in



príncipi- o, et nunc, et semper, * et in sæcu-la sæcu-ló-rum. A-




men. ℟. **Lauda Ierú-sa-lem Dómi-num.** *Repetitur antiphona.*

LECTIO BREVIS


Vos scitis quod factum est verbum per universam Iudæam incipiens a Galilæa post baptismum, quod prædicavit Ioánes: Iesum a Názareth, quómodo unxit eum Deus Spíritu Sancto et virtúte: qui pertransívit benefaciendo et sanando omnes opprèssos a Diábolo, quóniam Deus erat cum illo.

RESPONSORIUM BREVE


IV



Dómi- ne De- us, * Audi clamó- rem pó-pu- li. Ƶ. Et á-




pe-ri e- is fontem aquæ vivæ. * Audi clamó- rem pópu-li.



Gló-ri- a. Dómi- ne.

Vel Responsorium prolixum:

AG 366 (POP 694)



II
 In co-lúmbæ spé-ci- e Spí- ri-tus San- ctus




vi- sus est, Pa- tér- na vox audí- ta est:




* Hic est Fí- li- us me- us di- lé- ctus, in quo mi-



hi be- ne com- plá- cu- i. ¶ Cæ- li a-pér-ti




sunt su- per e- um, et vox Pa- tris intó- nu- it.




* Hic est. [Gló- ri- a. * Hic est.]

Ad Magnificat, ant. (p. 1198)

AG 387 (cf. OCO 381)




VII b
 Vé- te-rem hómi- nem ré- no- vans, Salvá- tor ve- nit ad



baptísmum, ut na- tú- ram, quæ cor- rúpta e- rat, per a- quam



re- cu- pe- rá- ret, incorrup- tí- bi- li veste circu- mí- ci- ens nos.



C. Magní- fi- cat * á- nima me- a Dómi- num.

PRECES

Redemptórem nostrum, qui baptísmum in Iordáne dignátus est a
 Ioánnē suscipere, exorémus, dicétes:

Mitte, Dómine, Spíritum tuum super nos.

Christe, serve Dei, quem Pater suscépit et in quo sibi complácuít,
 — mitte super nos, Dómine, Spíritum tuum.

Christe, elécte Dei, qui cálamum quassátum non contrivísti et linum
 fúmigans non exstinxísti,

— miserére ómnium quæréntium te in veritate.

Christe, Fili Dei, quem Pater fœdere novo vocávit in lucem géntium,
 — áperi óculos cæcórū in aqua baptísmatis.

Christe, hóminum salvátor, quem Pater Spíritū Sancto unxit ad
 ministériū salutis,

— duc omnes ad te vidéndum et credéndum, ut vitam ætérrnam
 hábeant.

Christe, spes nostra, qui ducis sedétes in ténebris ad lucem salutis,
 — fratres nostros defúnctos in regnum tuum súscipe.

Pater noster *in tono solemni.*

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus: qui Christum, in Iordáne flúmine baptizátum, Spírítu Sancto super eum descendénte, diléctum Fílium tuum sollémniter declarásti; concéde fíliis adoptiónis tuæ, ex aqua et Spírítu Sancto renátis, ut in beneplácito tuo iúgiter persevérent: Per Dóminum.

Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 7, p. 1131)

LHR 44

VII

Chri- stum Fí- li- um di- léc- tum, in quo
Pa- ter si- bi complá- cu- it; Ve- ní- te,
ad- o- ré- mus. *Ps.* Ve- ní- te.

Hymnus ut ad I Vesperas.

Ad Officium Lectionis

PSALMODIA

Ant. 1

AG 417 (OCO 381 = *)

II

Laudá- te De- um cæ- li cæ- ló- rum, et aquæ omnes.

Ps. Afférte Dómino, fílii De- i, * afférte Dómino glóriam et po-

ténti- am. [flex]

Psalmus 28


[Afférte Dómino, fílii Dei, *
afférte Dómino glóriam et poténtiam.]
Afférte Dómino glóriam nóminis eius, *
adoráte Dóminum in splendóre **sancto**.
Vox Dómini super *aquas*, †
Deus maiestátis **intónuit**: *
Dórninus super *aquas multas*.
Vox Dómini in **virtúte**, *
vox Dómini in **magnificéntia**.
Vox Dómini confringéntis **cedros**; *
et confringet Dóminus **cedros Líbani**.
Et saltáre fáciét, tamquam vítulum, **Líbanum**, *
et Sárion quemádmóduin fílium **unicórnium**.
Vox Dómini intercidéntis flammam **ignis**, †
vox Dómini concutiéntis **desértum**, *
et concútiét Dóminus **desértum Cades**.
Vox Dómini properántis partum **cervárum**, †
et denudábit **condénsa**, *
et in templo eius omnes **dicent glóriam**.
Dóminus super dilúvium **hábitat**, *
et sedébit Dóminus rex in **ætérnum**.
Dórninus virtútem pópulo suo **dabit**, *
Dóminus benedícet pópulo suo **in pace**.

Ant. 2

GS 215 (OCO 381)

VI a

Omnis ter- ra ad- ó- ret te, De- us, et psal- lat ti-



bi, psalmum di-cat nómi-ni tu- o, Dómi-ne. *Ps.* Iu-bi-láte Deo,
 omnis terra, psalmum dícite glóriæ nómi-nis e- ius, * glorifi-
 cá-te laudem e- ius.

Psalmus 65, I

[Iubiláte Deo, omnis terra,

psalmum dícite glóriæ nóminis eius, *
 glorificáte laudem eius.]

Dícite Deo: « Quam terribília sunt ópera tua. *

Præ multitudíne virtútis tuæ blandiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te et psallat tibi, *

psalmum dicat nómini tuo ».

Veníte, et vidéte ópera Dei, *

terribilis in adinventiónibus super filios hóminum.

Convértit mare in áridam,

et in flúmine pertransibunt pede; *

ibi lætábimur in ipso.

Qui domináatur in virtúte sua in ætérnum,

óculi eius super gentes respíciunt; *

rebélles non exalténtur in semetípsis.

Benedícite, gentes, Deum nostrum, *

et audítam fácite vocem laudis eius;

qui pósuit ánimam nostram ad vitam, *

et non dedit in commotióne pedes nostros.

Quóniam probásti nos, Deus; *

igne nos examinásti, sicut examináatur argéntum.


Induxísti nos in láqueum, *

posuísti tribulatiónes in dorso nostro.

Imposuísti hómines super cápita nostra,
 transívimus per ignem et aquam, *
 et eduxísti nos in refrigérium.

Ant. 3

AG 386 (OCO vacat)



VII b Præ-cúrsor Io- ánnis exsúl-tat cum Ior-dá-ne: bap-ti-
 zá- to Dómi-no, facta est or-bis ter-rá- rum ex-sul-tá- ti- o,
 facta est pecca-tó- rum nostró- rum remis- si- o: Sanctí- fi-
 cans aquas, ipsi omnes cla-mé-mus: Mi-se- ré- re no- bis.
Ps. Intro-íbo in domum tuam in ho- locáustis; * reddam tibi vo-
 ta me- a. [flex]

II

[Introíbo in domum tuam in holocáustis; *

reddam tibi vota mea,]

quæ protulérunt lábia mea, *

et locútum est os meum in tribulatióne mea.

Holocáusta medulláta offeram tibi cum incénso aríetum, *
offeram tibi **boves** cum **hircis**.

Veníte, audíte,

et narrábo, omnes qui timétis **Deum**, *
quanta fecit **ánimæ meæ**.

Ad ipsum ore **meo clamávi**, *
et exaltávi in **lingua mea**.

Iniquitátem si aspéxi in **corde meo**, *
non exáudiet **Dóminus**.

Proptérea exaudívit **Deus**, *
atténdit voci deprecatiÓnis **meæ**.

Benedíctus **Deus**, qui non amóvit oratiÓnem **meam** *
et misericórdiam **suam a** me.

Ÿ Hic est Fílius meus caríssimus.

℞ Audíte illum.

*Responsorium prolixum post lectionem primam, Illuminare, AJ
1: 236 (cf. OCO 467); post lectionem secundam, In columbæ, ut in
I Vesperas, p. (POP 694).*

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 384 (cf. OCO 381)

VIII a

Baptí-zat mi- les Re- gem, servus Dómi-num su- um,
Io- ánnes Salva- tó-rem; aqua Iordá-nis stú-pu- it, co-lúm- ba
pro-te-stá- ta est, pa-térna vox audí- ta est: Hic est Fí- li- us

me- us. *Ps.* De- us, Deus meus **es** tu; * ad te de *luce ví-gi-lo*. [flex]

Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.]

Sitívit in te ánima **mea**, *
te desiderávit *caro mea*.

In terra desérta et árida et inaquósa, †
sic in sancto appáruí **tíbi**, *
ut vidérem virtútem tuam et glóriam **tuam**.

Quóniam mélior est misericórdia tua super **vitas**, *
láb-ia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita **mea**, *
et in nómine tuo levábo *manus meas*.

Sicut ádip- et pinguédine repleátur ánima **mea**, *
et lábiis exsultatiÓnis laudábit os **meum**.

Cum memor ero tui super stratum **meum**, *
in matutínis medítábor **de** te,
quia fuísti adiútor **meus**, *
et in velaménto alárum tuárum *exsultábo*.

Adhásit ánima mea **post** te, *
me suscepit *déxtera tua*.


Ant. 2 AG 388 (cf. OCO 381)

VIII a


Fon-tes aquá-rum sancti- fi- cá- ti sunt, Christo ap-
pa- rénte in gló- ri- a or- bi ter- rá- rum. Hau- rí- te




a-quas de fón-ti-bus Salva-tó-ris; sancti-fi-cá-vit e-nim



nunc omnem cre-a-tú-ram Chri-stus De-us noster. C. Be-



ne-dícite, ómnia ópera Dómini, **Dómino**; * laudáte et superexaltá-



te e-um in **sæcu-la**.

Canticum

Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, **Dómino**; *

laudáte et superexaltáte eum in **sæcu-la**.]

Benedícite, ángeli Dómini, **Dómino**; *

benedícite, *cæli*, **Dómino**.

Benedícite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, **Dómino**; *

benedícite, omnes virtútes *Dómini*, **Dómino**.

Benedícite, sol et luna, **Dómino**; *

benedícite, stellæ *cæli*, **Dómino**.

Benedícite, omnis imber et ros, **Dómino**; *

benedícite, omnes spíritus *Dei*, **Dómino**.

Benedícite, ignis et æstus, **Dómino**; *

benedícite, frigus et *æstus*, **Dómino**.

Benedícite, rores et pruína, **Dómino**; *

benedícite, gelu et *frigus*, **Dómino**.

Benedícite, glácies et nives, **Dómino**; *

benedícite, noctes et dies, **Dómino**.

Benedícite, lux et ténebræ, **Dómino**; *

benedícite, fúlgura et *nubes*, **Dómino**.

Benedícat terra **Dómino**; *

laudet et superexáltet eum in **sæcu-la**.

Benedícite, montes et colles, **Dómino**; *

benedícite, universa germinántia in terra **Dómino**.

Benedícite, fontes, **Dómino**; *

benedícite, mária et flúmina, **Dómino**.

Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, **Dómino**; *

benedícite, omnes vólucres *cæli*, **Dómino**.

Benedícite, omnes béstiæ et pécora, **Dómino**; *

benedícite, fílii *hóminum* **Dómino**.

Benedícat Israël **Dómino**; *

laudet et superexáltet eum in **sæcu-la**.

Benedícite, sacerdótes Dómini **Dómino**; *

benedícite, servi *Dómini*, **Dómino**.

Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, **Dómino**; *

benedícite, sancti et húmiles *corde*, **Dómino**.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, **Dómino**; *

laudáte et superexaltáte eum in **sæcu-la**.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto **Spíritu**; *

laudémus et superexaltémus eum in **sæcu-la**.

Ant. 3


AG 385 (cf. OCO 381)




Te, qui in Spí-ri-tu et igne pu-rí-fi-cas humá-na



contá-gi-a, De-um et red-emptó-rem omnes glo-ri-fi-cámus.



Ps. Cantá-te Dómino **cánticum no-vum**; * laus eius in ecclési-a



sanctó-rum.

Psalmus 149


[Cantáte Dómino cánticum novum; *
 laus eius in ecclésia sanctórum.]
 Lætétur Israël in eo qui **fecit eum**, *
 et filii Sion exsúltent in **rege suo**.
 Laudent nomen eius in **choro**, *
 in tympano et cíthara **psallant ei**.
 Quia beneplácitum est Dómino in **pópulo suo**, *
 et honorábit mansuétos **in salútem**.
 Iúbilent **sancti in glória**, *
 læténtur in **cubílibus suis**.
 Exaltatiónes Dei in **gútture eórum**, *
 et gládii ancípites in **mánibus eórum**,
 ad faciéndam vindíctam **in natióibus**, *
 castigatiónes in **pópulis**,
 ad alligándos reges eórum **in compédibus**, *
 et nóbiles eórum in **mánicis férreis**,
 ad faciéndum in eis iudícium **conscríptum**: *
 glória hæc est ómnibus **sanctis eius**.

LECTIO BREVIS


Spíritus Dómini Dei super me, eo quod únixerit Dóminus me: ad annuntiándum læta mansuétis misit me, ut medéret contrítis corde et prædicárem captívus liberatiónem et clausis apertiónem: ut prædicárem annum placábilem Dómino.

RESPONSORIUM BREVE


cf. AG 38



Christe, Fi-li De-i vi-vi, * Mi-se-ré-re no-bis. Christe.




¶ Qui apparuí-sti hó-di-e. * Mi-se-ré-re no-bis. Gló-ri-a




Christe.

Ad Benedictus, ant.

In anno A (p. 1164): CAO 1554: D-Mbs Clm 4303, fo. 108^v (OCO 381)




Bapti-zá-tur Chri-stus, et sancti-fi-cá-tur omnis mun-



dus; et trí-bu-it no-bis remissi-ó-nem pecca-tó-rum; aqua et



Spí-ri-tu omnes pu-ri-fi-cans. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De-




us Is-ra-ël, * quia visitávit et fecit redemptiόnem plebis su-æ.

In anno B (p. 1137):


AG 657 (cf. OCO 381)




Ecce pu-er me-us e-léctus, quem e-lé-gi: pó-su-i



su-per e-um Spí-ri-tum me-um. C. Be-ne-díctus Dómi-nus



De- us Is-ra- ðl, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis



su- æ.

In anno C (p. 1170):

AG 361 (cf. OCO 381)




VIII a

De-dit se ut li-be-rá-ret pópu- lum, et acqui- ré-ret



si- bi nomen æ-térnum. C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us



Is-ra- ðl, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Redemptórem nostrum, qui baptísmum in Iordáne dignátus est a
Ioánne suscipere, exorémus dicétes: *Kýrie, eléison.*

Christe, qui per manifestatióem tuam lumen super nos fecísti
claréscere,

— lumen tuum concéde iis, quibus occurrémus hódie.

Qui te humiliásti ut baptísmum accíperes a servo tuo, ad viam
humilitátis nobis demonstrándam,

— spíritum nobis concéde, quo homínibus humíliter ministrémus.

Qui per baptísmum tuum abluísti nos ab omni labe, et nos Patris filios
effecísti,

— concéde spíritum adoptiόνis ómnibus te quæréntibus.

Qui per baptísmum creatiόνem tuam sanctificásti, et conversiόνis

iánuam baptizándis reserásti,
— nos Evangélii tui éffice minístros in mundo.
Qui nobis sanctíssimam revelásti in tuo baptísmate Trinitátem,
— rénova spíritum adoptiόνis in regáli baptizatórum sacerdotío.
Pater noster *in tono solemni. Oratio ut ad I Vesperas.*

Ad Horam mediam

Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Egrediétur virga de stirpe Iesse, et flos de radíce eius ascéndet: et
requiescet super eum spíritus Dómini: † spíritus sapiéntiæ et
intelléctus, spíritus consílii et fortitúdinis, spíritus sciéntiæ et timóris
Dómini: et delíciæ eius in timóre Dómini.

Ÿ Illum opórtet créscere.

Œ Me autem mínui.

Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Ecce servus meus, suscípiam eum; † eléctus meus, cómplacet sibi
in illo ánima mea: dedi spíritum meum super eum, iudícium géntibus
próferet.

Ÿ Ecce servus meus, suscípiam eum.

Œ Eléctus meus, complácuít sibi in illo ánima mea.

Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Dixit mihi Dóminus: † « Parum est ut sis mihi servus ad
suscitándas tribus Iacob et reliquias Israël reducéndas: dabo te in
lucem géntium, ut sit salus mea usque ad extrémum terræ ».

Ÿ Ponam spíritum meum super eum.

Œ Et iudícium géntibus nuntiábit.


Ad II Vesperas

HYMNUS

cf. AG 387, 368



1. Implénte munus dé- bi- tum Io- ánne, re- rum cóndi- tor



Ior- dá- ne mer- sus hac di- e aquas lavándo dí- lu- it,



2. Non ipse mundá- ri vo- lens de ventre na- tus Vír- gi- nis,



pec- cá- ta sed mor- tá- li- um su- o lavá- cro tól- le- re.



3. Di- cén- te Patre quod « me- us di- léctus hic est Fí- li- us »,



sumén- te Sancto Spí- ri- tu formam co- lúmbæ cé- li- tus,



4. Hoc mý- sti- co sub nó- mi- ne mi- cat sa- lus Ecclé- si- æ;



Persóna trina cómmanet unus Deus per ómnia.



5. O Chri- ste, vi- ta, vé- ri- tas, ti- bi sit omnis gló- ri- a,



quem Patris atque Spí- ri- tus splendor re- vé- lat cé- li- tus. A- men.

PSALMODIA

Ant. 1



CAO 5507: D-Mbs Clm 4306, fo. 44^v (OCO 381)

IV a

Vox de cæ- lis só- nu- it et vox Patris audí- ta est:



Hic est Fí- li- us me- us di- lectus, in quo mihi complá- cu- i,

i- psum audí- te. *Ps.* Di- xit Dóminus Dómi- no me- o: * Se- de

a dextris me- is. [flex]

Psalmus 109: 1–5, 7

[Dixit Dóminus Dómino meo: *
 « Sede a dextris meis,]
 donec ponam inimicos tuos *
 scabéllum pedum tuórum ».
 Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex Sion: *
 domináre in médio inimicórum tuórum.
 Tecum principátus in die virtútis tuæ, †
 in splendóribus sanctis, *
 ex útero matutíni velut rorem génuí te.
 Iurávit Dóminus et non pænitébit eum. *
 « Tu es sacérdos in ætérnum
 secúndum órđinem Melchisedech ».
 Dóminus a dextris tuis, *
 conquassábit in die iræ suæ reges.
 De torrénite in via bíbet, *
 proptérea exaltábit caput.

Ant. 2

AG 386(cf. OCO 381)

VII b



Ca-puť dracó-nis Salvá-tor contri- vit in Iordáne flú-
 mi-ne, et ab e-ius po-tes-tá-te omnes e-rí-pu-it. Ps. Be-
 á-tus vir qui ti-met Dómi-num, * in mandátis eius cu-pit ni-
 mis. [flex]

Psalm 112

[Beátus vir qui timet Dóminum, *
 in mandátis eius cupit nimis.]
 Potens in terra erit semen eius, *
 generátio rectórum benedicétur.
 Glória et divítia in domo eius, *
 et iustítia eius manet in sæculum sæculi.
 Exórtum est in ténebris lumen rectis, *
 miséricors et miserátor et iustus.
 Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, †
 dispónet res suas in iudício, *
 quia in ætérnum non commovébitur.
 In memória ætérna erit iustus, *
 ab auditióne mala non timébit.
 Parátum cor eius, sperans in Dómino, †
 confirmátum est cor eius, non timébit, *
 donec despíciat inimicos suos.
 Distribuit, dedit paupéribus; †
 iustítia eius manet in sæculum sæculi, *
 cornu eius exaltábitur in glória.
 Peccátor vidébit et irascétur, †
 déntibus suis fremet et tabéscet. *
 Desidérium peccatórum períbit.


Ant. 3

AG 386 (cf. OCO 381)

VII b



Magnum mysté-ri-um decla-rá-tur hódi-e, qui-a Cre-á-
 tor ómni-um in Iordá-ne expúrgat nostra fa-cí-no-ra.
 C. Magna et mirabília sunt ópera tu- a, * Dómine De-us omní-



po-tens. [flex]

Canticum Ap 15: 3-4


[Magna et mirabilia sunt opera tua, *
 Dómine Deus omnipotens:]
 iustæ et veræ sunt viæ tuæ, *
 rex sæculórum.
 Quis non timébit te, Dómine, *
 et magnificábit nomen tuum?
 quia solus pius es, †
 quóniam omnes gentes vénient
 et adorábunt in conspéctu tuo, *
 quóniam iudicia tua manífesta sunt.

LECTIO BREVIS


Vos scitis quod factum est verbum per universam Iudæam incipiens a Galilæa post baptismum, quod prædicavit Ioánes: Iesum a Názareth, quómo- do unxit eum Deus Spírítu Sancto et virtúte: qui pertransívit benefaciéndo et sanándo omnes opprésos a Diábolo, quóniam Deus erat cum illo.

RESPONSORIUM BREVE


cf. AG 45



IV Hic est qui ve- nit * Per aquam et sángui-nem. ⅴ Ie- sus



Christus, Dómi-nus no-ster. * Per aquam et sángui-nem. Gló-ri-




a. Hic est.


Ad Magnificat, ant.

Anno A (p. 1200):


PM 372 (OCO 412)



VIII a Christo da-tus est princi-pá-tus et honor re- gni:




omnis pó-pu-lus, tri-bus et lin-guæ sé-rvi-ent e- i in æ-




térnum. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dóminum.

Anno B (p. 1200):


GS 338 (cf. OCO 381):



VIII a Di-le-xí- sti iustí-ti- am, et o-dí- sti in- i-qui-



tá- tem: prop-tér- e- a unxit te De- us ó- le- o læ- tí-



ti- æ, al-le-lú- ia. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dóminum.

Anno C (p. 1186):

AG 598 (cf. OCO 381)



IV a Quid vo- bis vi-dé-tur de Chri- sto? cu- ius fí- li- us




est? Di- cunt e- i omnes: Da- vid. Di- cit e- is Ie- sus:



Quó- modo Da- vid in spí- ri- tu vocat e- um Dó- minum, di-



cens: Di- xit Dómi- nus Dó- mi- no me- o: Se- de a dextris



me- is? C. Magní- fi- cat * á- nima me- a Dómi- num.

PRECES

Redemptórem nostrum, qui baptísmum in Iordáne dignátus est a
Ioánne suscipere, exorémus, dicétes:

Mitte, Dómine, Spíritum tuum super nos.

Christe, serve Dei, quem Pater suscepit et in quo sibi complácuit,
— mitte super nos, Dómine, Spíritum tuum.

Christe, elécte Dei, qui cálamum quassátum non contrivísti et linum
fúmigans non exstinxísti,

— miserére ómnium quæréntium te in veritáte.

Christe, Fili Dei, quem Pater fœdere novo vocávit in lucem géntium,
— áperi óculos cæcórum in aqua baptísmatis.

Christe, hóminum salvátor, quem Pater Spíritu Sancto unxit ad
ministérium salútis,

— duc omnes ad te vidéndum et credéndum, ut vitam ætérnam
hábeant.

Christe, spes nostra, qui ducis sedétes in ténebris ad lucem salútis,
— fratres nostros defúctos in regnum tuum súscipe.

Pater noster *in tono solemni. Oratio ut ad I Vesperas.*


DOMINICA HEBDOMADÆ I

Ad I Vesperas


PSALMODIA

Ant. 1

AG 316 (cf. OCO 371)



Annunti- á- te pó-pu-lis et dí-ci-te: Ecce De- us Sal-

vá- tor noster vé-ni- et. *Ps.* Dómi-ne, clamávi ad te, ad *me* fes-tí- na; * inténde voci meæ, *cum* clamo **ad** te. [flex]

Psalmus 140: 1–9

[Dómine, clamávi ad te, ad me festína; *
inténde voci meæ, *cum* clamo ad te.]

Dirigátur orátio mea sicut incénsus in **conspéctu tuo**, *
elevátio mánuum meárum ut sacrificíum **vespertinum**.

Pone, Dómine, custódiam **ori meo**, *
et vigílias ad óstium labiórú **meórum**.

Non declínes cor meum in **opus malítiæ**, *
ad machinándas machinatiónes in **impietáte**, *
cum homínibus operántibus **iniquitátem**; *
et non cómedam ex **delíciiis eórum**.

Percútiat me iustus in misericórdia et íncrepet **me**; †
oleum autem peccatóris non impínget **caput meum**, *
quóniam adhuc et orátio mea in **malítiis eórum**.

Deiécti sunt iuxta petram **iúdiceis eórum**, *
qui audíerant verba mea, quóniam **suávia erant**.

Sicut frusta dolántis et dirumpéntis in **terra**, *
dissipáta sunt ossa eórum ad **fauces inférni**.

PSALTERIUM


Quia ad te, Dómine, Dómine, *óculi mei*; *
 ad te confúgi, non effúndas *ánimam meam*.
 Custódi me a láqueo quem statuérunt *mihi*, *
 et a scándalis operántium *iniquitátem*.
 Glória *Patri*, et *Fílio*, *
 et *Spirítui Sancto*.
 Sicut erat in princípío, et *nunc* et *semper*, *
 et in saécula saeculórum. Amen.


Ant. 2

AG 293 (cf. OCO 371)

V 
 Ecce Dómi-nus vé-ni- et, et omnes sancti e- ius cum


 e- o: et e-rit in di- e il- la lux magna, alle- lú- ia. *Ps.* Vo- ce


 mea ad Dóminum cla- mo, * voce mea ad Dóminum dépre- cor.


 [flex]

Psalmus 141

[Voce mea ad Dóminum clamo, *
 voce mea ad Dóminum déprecor;]
 effúndo in conspéctu eius lamentatióem *meam*, *
 et tribulatióem meam ante *ipsum* pronúntio.
 In deficiéndo in me spíritus *meus*, *
 tu cognovísti *sémitas meas*.
 In via qua ambulábam, *
 abscondérunt Iáqueum *mihi*.


Consídera ad déxteram, et *vide*: *
 et non est qui agnóscat me.
 Périit fuga a me, *
 et non est qui requírat *ánimam meam*.
 Clamávi ad te, Dómine; †
 dixi: « Tu es refúgium *meum*, *
 pórtio mea in *terra vivéntium*.
 Inténde ad deprecatióem *meam*, *
 quia humiliátus sum *nimis*.
 Líbera me a persecúntibus me, *
 quia confortáti sunt *super me*.
 Educ de custódia *ánimam meam* *
 ad confiténdum *nómini tuo*;
 circúmdabunt me *iusti*, *
 cum retribúeris *mihi* ».


Ant. 3

AG 307 (OCO 371 = CAO 5358)

I c 
 Vé-ni- et Dómi-nus et non tardá- bit, et il-lumi-ná-bit


 abscondi- ta te-ne-brá-rum, et ma-ni- fe-stá-bit se ad omnes


 gen-tes, alle- lú- ia. C. Christus Iesus, cum in forma De- i es-


 set, * non rapínam arbitrátus est esse se æquá-lem De- o. [flex]

Canticum

Phil 2: 6–11

[Christus Iesus, cum in forma Dei esset, *
 non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo,]

sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, †
in similitúdinem hóminum **factus** *
et hábitu invéntus ut **homo**.

Humiliávit semetípsum †
factus oboédiens usque ad **mortem**, *
mortem *autem* **crucis**.

Propter quod et Deus exaltávit illum †
et donávit illi **nomen**, *
quod est super *omne* **nomen**,
ut in nómine Iesu omne genu flectátur *
cæléstium, terréstrium et *infernórum*,
et omnis lingua confiteátur *
quia Dóminus Iesus Christus in glória est *Dei Patris*.

LECTIO BREVIS

Ipse Deus pacis sanctíficet vos per ómnia, ut ínteger spíritus vester; et ánima et corpus sine queréla in advéntu Dómini nostri Iesu Christi servétur. Fidélis est qui vocávit vos, qui étiam fáciét.

In loco R̃ brev. cantari potest R̃ prolixum: AG 291 (POP 689)

VII



R̃ Missus est Gá-bri-el An-ge-lus ad Ma-rí-am




Vír-gi-nem desponsá-tam Io-seph, nún-




ti-ans e-i ver-bum: et ex-pa-véscit Virgo de




lú-mi-ne. Ne tí-me-as, Ma-rí-a, inve-




ní-sti grá-ti-am a-pud Dó-mi-num: ecce concí-




pi-es et pa-ri-es, * Et vo-cá-bi-tur




Al-tís-si-mi Fí-li-us. ¶ Da-bit e-i Dó-



mi-nus De-us se-dem Da-vid pa-tris e-ius, et regná-



bit in do-mo Ia-cob in æ-tér-num. * Et




vocab. [Gló-ri-a. * Et vocab.]

Ad Magnificat, ant. (p. 1178, 1180)

AG 292 (cf. OCO 371)


I b



Ecce nomen Dómi-ni ve-nit de longín-quo,



et clá-ri-tas e-ius re-plet orbem ter-rá-rum. C. Magní-fi-cat *



á-nima me-a Dóminum.

PRECES

Christum, gáudium et exultatióem ómnium eum expectántium,
invocémus, dicétes: *Veni, Dómine, et noli tardáre.*

Læti expectámus advéntum tuum,

— veni, Dómine, Iesu.

Tu, qui es ante sácula,

— veni ad salvándum nos in hoc sáculo.

Tu, qui creásti mundum et omnes qui hábitant in eo,

— veni ad rediméndum opus mánuum tuárum.

Qui nostram non horruísti mortálem natúram,

— veni ad eripiéndum nos a mortis império.

Qui venísti ut vitam superabundántem haberémus,

— veni nobisque dona tuam vitam ætérrnam.

Qui omnes hómines in regnum tuum adunáre voluísti,

— veni ad congregándum eos qui vultus tui visióem expéctant.

Oratio

Da, quáesumus, omnípotens Deus: hanc tuis fidélibus voluntátem.
ut, Christo tuo veniénti iustis opéribus occurrétes; eius déxteræ
sociáti, regnum mereántur possidére cæléste: Per Dóminum.


Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 4a, p. 1114)

Poissy MS, fo. 4^v; cf. AJ 1: 140 (POP 690)



IV a Ecce ve- nit rex: Oc- cu- rá- mus ób- vi- am Sal-



va-tó- ri no-stro. Ps. Ve-ní- te.

Ad Officium lectionum


PSALMODIA

Ant. 1


PM 31 (OCO 371)



I b Vé-ni- et ec- ce rex excél- sus cum po- tes-tá- te



magna, ad sal- vándas gentes, al-le- lu-ia. Ps. Be- átus vir, qui



non ábiit in consílio impiórum, † et in via pecca-tórum non ste-



tit, * et in convéntu derisórum non se- dit.

Psalmus 1

[Beátus vir, qui non ábiit in consílio impiórum, †

et in via peccatórum non stetit, *

et in convéntu derisórum non sedit;]

sed in lege Dómini volúntas eius, *

et in lege eius meditátur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum plantátum secus decúrsus aquárum, *

quod fructum suum dabit in témpore suo;

et fólium eius non **dé**fluet, *
 et ómnia quæcúmque fáciat **prosperabú**ntur.
 Non sic **ímpii**, **non** sic, *
 sed tamquam pulvis quem próicit **ventus**.
 Ideo non consúrgent **ímpii in iudí**cio, *
 neque peccatóres in concílio **iustórum**.
 Quóniam novit Dóminus **viam iustórum**, *
 et iter **impiórum** **perí**bit.

Ant. 2

PM 35 (OCO 371)

I b

Gau-de et læ-tá-re, fí-li-a Si-on, qui-a ecce
 e-go vé-ni-o, et ha-bi-tá-bo in mé-di-o tu-i, di-cit
 Dómi-nus. *Ps.* Qua-re fremu- é- runt **gen**-tes, * et pópuli meditá-
 ti **sunt i-ná**ni-a? [flex]

Psalmus 2

[Quare fremuerunt gentes, *
 et pópuli meditáti sunt inánia?]
 Astiterunt reges *terre*, †
 et príncipes convenérunt in **unum** *
 advérsus Dóminum et advérsus *christum* eius:
 « Dirumpámus **víncula eórum**, *
 et proiciámus a nobis **iugum ipsórum**! »

Qui hábitat in cælis **irridé**bit eos, *
 Dóminus **subsanná**bit eos.
 Tune loquétur ad eos in **ira sua**, *
 et in furóre suo **conturbá**bit eos:
 « Ego autem **constítui regem meum** *
 super Sion, montem *sanctum meum*! »
 Prædicábo *decrétum eius*: †
 Dóminus dixit ad me: « Fílius **meus es** tu, *
 ego hódie **genui** te.


Póstula a me, et dabo tibi gentes **hereditátem tuam**, *
 et possessiónem tuam **términos terræ**.
 Reges eos in **virga férrea**, *
 et tamquam vas fíguli **confrínges** eos ».
 Et nunc, reges, **intellégite**, *
 erudímini, qui iudicáti*s* **terram**.
 Servíte Dómino **in timóre**, *
 et exsultáte ei *cum tremóre*.
 Apprehéndite **disciplínam**, †
 nequándo irascátur, et pereáti*s* de **via**, *
 cum exárserit in brevi **ira eius**.
 Beáti, **omnes** *
 qui **confídunt** in eo.

Ant. 3

PM 37 (OCO 371)

IV a

In ad-vén-tu summi Re- gis mundéntur cor- da
 hó- mi- num, ut digne' ambu-lé-mus in occúrsum il-lí- us
 qui- a ecce vé- ni- et et non tra-dá-bit. *Ps.* Dómine, quid mul-



tiplicáti sunt qui *trí-bulant* me? * multi *insúrgunt advérsum* me.

Psalmus 3

[Dómine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? *

multi *insúrgunt advérsum* me,]

multi dicunt *ánimæ meæ*: *

Non est salus *ipsi in Deo* ».

Tu autem, Dómine, *protéctor meus* es, *

glória mea et *exáltans* caput *meum*.

Voce mea ad *Dóminum clamávi*, *

et exaudivit me de monte sancto *suo*.

Ego obdormívi et *soporátus* sum, *

exsurrexi, quia *Dóminus suscepit* me.

Non timébo *mília pópuli circumdántis* me. *

Exsúrge, Dómine, *salvum me fac*, Deus *meus*;

quóniam tu percussísti in *maxíllam omnes adversántes mihi*, *

dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus, *

et super *pópulum tuum benedíctio tua*.

Ÿ. Respícite et leváte *cápita* vestra.

℞. Quóniam *appropínquat redemptio* vestra.


Responsoria prolixa: post Lectionem primam, Aspiciens, AJ 1: 140 (POP 689); post Lectionem secundam, Missus est Gabriel, ut ad I Vesperas, p. 301 (POP 689).

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1

AG 293 (cf. OCO 371)




VIII a

In il-la di-e stil-lá-bunt montes *dulcé-di-nem*, et col-



les flu-ent lac et mel, al- le-lú-ia. *Ps. De- us, Deus meus* es



tu; * ad te de *luce vígi-lo*. [flex]

Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *

ad te de *luce vígilo*.]

Sitívit in te *ánima mea*, *

te *desiderávit caro mea*.

In terra *desérta et árida et inaquósa*, †

sic in sancto *appáruí tibi*, *

ut *vidérem virtútem tuam et glóriam tuam*.

Quóniam *mélior est misericórdia tua super vítas*, *

lábía mea laudábunt te.

Sic *benedícam* te in *vita mea*, *

et in *nómine tuo levábo manus meas*.

Sicut *ádipc et pinguédine repleátur ánima mea*, *

et *lábii exsultatiónis laudábit os meum*.

Cum *memor* ero tu, *super stratum meum*, *

in *matutínis medítabor de* te,

quia *fuísti adiútor meus*, *

et in *velaménto alárum tuárum exsultábo*.

Adhásit ánima mea post te, *

me *suscépit dextera tua*.


Ant. 2

AG 301 (cf. OCO 371)




I b


Mon-tes et col-les *cantábunt co-ram De- o* audem,



et ómni- a ligna sílva- rum plaudent má- ni- bus: quó- ni- am



vé- ni- et Domi- ná- tor Dómi- nus in re- gum æ- tér- num, al- le-



lú- ia, alle- lú- ia. C. Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *



laudáte et superexaltáte e- um in **sæcu- la.**

Canticum

Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *

laudáte et superexaltáte eum in **sæcula.**]

Benedícite, ángeli Dómini, Dómino; *

benedícite, *cæli*, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes quæ super **cælos** sunt, Dómino; *

benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et **luna**, Dómino; *

benedícite, stellæ *cæli*, Dómino.

Benedícite, omnis imber et **ros**, Dómino; *

benedícite, omnes spíritus *Dei*, Dómino.

Benedícite, ignis et **æstus**, Dómino; *

benedícite, frigus et *æstus*, Dómino.

Benedícite, rores et **pruina**, Dómino; *

benedícite, gelu et *frigus*, Dómino.

Benedícite, glácies et **nives**, Dómino; *

benedícite, noctes et *dies*, Dómino.

Benedícite, lux et **ténebræ**, Dómino; *

benedícite, fúlgura et *nubes*, Dómino.

Benedícat **terra Dóminum**; *

laudet et superexáltet *eum* in **sæcula.**

Benedícite, montes et **colles**, Dómino; *

benedícite, universa germinántia in *terra* Dómino.

Benedícite, **fontes**, Dómino; *

benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in **aquis**, Dómino; *

benedícite, omnes vólucres *cæli*, Dómino.

Benedícite, omnes béstiæ et **pécora**, Dómino; *

benedícite, filii *hóminum* Dómino.

Benedícat **Israël Dómino**; *

laudet et superexáltet *eum* in **sæcula.**

Benedícite, sacerdótes Dómini Dómino; *

benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus et ánimæ **iustórum**, Dómino; *

benedícite, sancti et húmiles *corde*, Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, **Mísaël**, Dómino; *

laudáte et superexaltáte *eum* in **sæcula.**

Benedicámus Patrem et Fílium cum **Sancto Spíritu**; *


laudémus et superexaltémus *eum* in **sæcula.**

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto **cæli**; *

et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in **sæcula.**

Ant. 3


AG 294 (cf. OCO 371)



Ecce vé- ni- et Prophé- ta magnus, et i- pse re- no- vá-



bit Ie- rú- sa- lem, al- le- lú- ia. Ps. Cantáte Dómino cán- ti- cum



no- vum; * laus eius in ecclési- a sanctó- rum.

Psalmus 149

[Cantáte Dómino cánticum novum; *
laus eius in ecclésia sanctórum.]

Lætétur Israël in eo qui *fecit eum*, *
et filii Sion exsúltent *in rege suo*.

Laudent nomen eius in **choro**, *
in tympano et cíthara psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in *pópulo suo*, *
et honorábit mansuétos in **salútem**.

Iúbilent *sancti in glória*, *
læténtur in *cubílibus suis*.

Exaltatiónes Dei in *gútture eórum*, *
et gládii ancípites in *mánibus eórum*,

ad faciéndam vindíctam in *natió nibus*, *
castigatiónes in **pópulis**,

ad alligándos reges eórum *in compédibus*, *
et nóbiles eórum in *mánicis férreis*,

ad faciéndum in eis iudícium *conscríptum*: *
glória hæc est *ómnibus sanctis eius*.

LECTIO BREVIS

Hora est iam vos de somno súrgere, nunc enim própior est nobis
salus quam cum credídimus. Nox procéssit, dies autem appropiávit.
Abiciámus ergo ópera tenebrárum et induámur arma lucis.

Ad Benedictus, ant.

In anno A (p. 1170):

AM 319 (OCO 371)

VIII a

Di- xit Dó-mi-nus ad No- ë: Fi- nis u- ni-vérsæ
carnis ve- nit co- ram me: fac ti- bi ar- cam de li- gnis

læ-vi-gá- tis, ut sal-vé- tur u- ni-vér-sum semen in e- a.

C. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fe-

cit redemptiόνem ple-bis su- æ.

In anno B (p. 1173):

AG 81* (cf. OCO 371)

VIII a

Be- á- tus i- lle servus, quem cum véne- rit Dómi- nus,

et pulsá- ve- rit iá- nu- am, invé- ne- rit vi- gi- lán- tem. C. Be-

ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- el, * quia visitávit et fecit redem-

pti- ó- nem ple-bis su- æ.

In anno C (p. 1137):

AG 334 (cf. OCO 371)

I b

Le- vá- te cá- pi- ta vestra: ecce appro- pinquá- bit

redémpti- o vestra. C. Be- ne- díctus Dómi- nus De- us Isra- ðl, *

quia visitávit et fecit redemptiónem ple- bis su- æ.

PRECES

Deum Patrem, qui nobis grátiam expectándi revelatióem Dómini nostri Iesu Christi benígne largítur, orémus dicétes:

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

Spíritum nostrum, Dómine, et ánimam et corpus sanctífica, — et irreprehensíbiles nos serva in Fílii tui advéntum.

Fac nos hac die sancte ambuláre,

— atque iuste ac pie in hoc sáeculo vívere.

Da nobis Dóminum nostrum Iesum Christum indúere,

— et Spíritu Sancto impléri.

Concéde ut vígiles maneámus, Dómine,

— usque ad Fílii tui manifestatióem gloriósam.

Pater noster *in tono solemni.*

Ad Horam mediam

PSALMODIA

Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21.

Psalmus 117 (I)

[Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.]

Dicat nunc Israël, quóniam **bonus**, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
Dicat nunc domus **Aaron**, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
Dicant nunc qui timent **Dóminum**, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
De tribulatióne invocávi **Dóminum**, *
et exaudivit me edúcens in latitúdinem **Dóminus**.
Dóminus **mecum**, *
non timébo quid fáciat *mihi* **homo**.
Dóminus **mecum** adiútor **meus**, *
et ego despíciam inimícos **meos**.
Bonum est confúgere ad **Dóminum**, *
quam confídere in **hómine**.
Bonum est confúgere ad **Dóminum**, *
quam confídere *in* princípibus.

II

Omnes gentes circuíerunt me, *
et in nómine Dómini excídi eos.
Circumdántes **circumdedérunt** me, *
et in nómine Dómini excídi eos.
Circumdedérunt me sicut *apes*, †
et exarsérunt sicut **ignis** in **spinis**, *
et in nómine Dómini excídi eos.
Impellétes impulérunt *me*, ut **cáderem**, *
et **Dóminus** **adiúvit** me.
Fortitúdo mea et laus *mea* **Dóminus**, *
et factus est *mihi* in **salútem**.
Vox iubilatiónis *et* **salútis** *
in tabernáculis **iustórum**.
Déxtera Dómini fecit **virtútem**, †
déxtera Dómini **exaltávit** me; *
déxtera Dómini **fecit virtútem**.
Non **móriar** sed **vivam**, *
et narrábo *ópera* **Dómini**.
Castígans castigávit me **Dóminus**, *
et morti *non* **trádidit** me.

III

Aperíte mihi portas iustitiæ, *
 ingressus in eas confitébor Dómino;
 † hæc porta Dómini, *
 iusti intrábunt in eam.
 Confitébor tibi, quóniam exaudísti me, *
 et factus es mihi *in salútem*.
 Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, *
 hic factus est in *caput ánguli*;
 a Dómino factum est *istud*, *
 et est mirábile in *óculis nostris*.
 Hæc est dies quam fecit Dóminus: *
 exsultémus et lætémur in ea.
 O Dómine, salvum *me* fac; *
 o Dómine, da *prosperitátem*.
 Benedíctus qui venit in nómine Dómini. *
 Benedícimus vobis de *domo Dómini*.
 Deus Dóminus et illúxit *nobis*. *
 Instrúite sollemnitétem in ramis condénsis,
 usque ad *córnu altáris*.
 Deus meus es tu, et confitébor *tibi*, *
 Deus meus, et *exaltábo* te.
 Confitémini Dómino, quóniam *bonus*, *
 quóniam in sæculum *misericórdia eius*.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Sicut in die honéste ambulémus: † non in comissatióibus et ebrietátibus, non in cubílibus et impudicítiis, non in contentiÓne et æmulatiÓne: sed indúite Dóminum Iesum Christum.

Ad Sextam

Abundáre vos fáciat Dóminus caritáte in ínvicem et in omnes, † quæmádmódu et nos in vos, ad confirmánda corda vestra sine queréla in sanctitáte ante Deum et Patrem nostrum: in advéntu Dómini nostri Iesu cum ómnibus sanctis eius.

Ad Nonam

Iustum est apud Deum retribuere vobis, † qui tribulámini, réquiem nobíscum in revelatiÓne Dómini Iesu de cælo cum ángelis virtútis eius: cum vénerit glorificári in sanctis suis et admirábilis fieri in ómnibus, qui credidérunt.

Ad II Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1

AG 293 (cf. OCO 371)

VIII a

Iucunda-re, fí- li- a Si- on, et ex-súl-ta sa- tis, fí-
 li- a Ie- ru- sa- lem, alle-lu-ia. *Ps.* Di-xit Dóminus Dómino
 me- o: * Sede a *dextris me-* is. [flex]

Psalmus 109: 1–5, 7

[Dixit Dóminus Dómino meo: *
 « Sede a dextris meis,]
 donec ponam inimícos *tuos* *
 scabéllum *pedum tuórum* »,
 Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex *Sion*: *
 domináre in médio inimicórum *tuórum*.
 Tecum principátus in die virtútis tuæ, †
 in splendóribus *sanctis*, *
 ex útero matutíni velut rorem *genui* te.
 Iurávit Dóminus et non pænitébit *eum*: *
 « Tu es sacérdos in ætérnum
 secúndum *órdinem Melchisedech* ».

Dominus a dextris **tuis**, *
 conquassábit in die iræ *suæ* **reges**.
 De torrénite in via **bibet**, *
 proptérea exaltábit **caput**.

Ant. 2 Poissy MS, fo. 11^r; cf. AJ 1:149 (cf. OCO 371)

IV a

Rex no- ster advé- ni- et Chri- stus, quem Io-
 ánnes præ- di- cá- vit Agnum es- se ven- tú-
 rum. Ps. In éx-i-tu Israël de Ægýp-to, * domus Iacob de pó-pu-
 lo **bárba-** ro.

Psalmus 113A

[In éxitu Israël de Ægýpto, *
 domus Iacob de pópulo bárbaro,]
 factus est Iuda sanctuárium eius, *
 Israël *potéstas* eius.
 Mare *vidit* et **fugit**, *
 Iordánis *convérsus* est **retrórsum**;
 montes saltavérunt *ut* **arietes**, *
 et colles *sicut* agni **óvium**.
 Quid est tibi, mare, *quod* **fugísti**? *
 et tu, Iordánis, quia *convérsus* es **retrórsum**?
 Montes, quod saltástis *sicut* **arietes**, *
 et colles, *sicut* agni **óvium**?

A fácie Dómini contremísce, **terra**, *
 a fácie Dei **Iacob**;
 qui convértit petram in stagna **aquárum**, *
 et sílicem in *fontes* **aquárum**.

Ant. 3 AG 313

IV b

Ecce véni- et Dómi- nus princeps re- gum terræ: be- á- ti
 qui pa- rá- ti sunt occúrre- re il- li.

Canticum

Ap 19: 1-7

IVb

Alle- lu- ia. Sa- lus et gló- ri- a et virtus De- o nostro est, *
 Alle- lú- ia. Qui- a ve- ra et iusta iu- dí- ci- a sunt e- ius. **Alle- lú- ia.**
 le- lú- ia, alle- lú- ia. Alle- lu- ia. Laudem di- ci- te De- o nostro,
 omnes servi e- ius **Alle- lú- ia.** et qui timé- tis e- um pu-



síl- li et magni. **R̃ Alle- lú- ia, alle-lú-ia.** Alle-lu- ia. Quó-ni-



am regnávít Dómi-nus De- us noster omní-po-tens, **R̃ Al-le- lú-**



ia. Gaude- ámus et exsultémus et demus gló- ri- am e- i. **R̃ Al-**




le- lú- ia, alle-lú-ia. Alle-lu-ia. Qui- a ve-né-runt núpti- æ A-




gni, **R̃ Al-le- lú-ia.** Et u-xor e-ius præ- pa-rá-vit se. **R̃ Al-le-**



lú- ia, alle-lú-ia. Alle-lu-ia. Gló- ri- a Patri et Fí- li- o, **R̃ Al-**




le- lú-ia. Et Spi- rí- tu- i Sancto. **R̃ Alle- lú- ia, alle-lú-ia.** Al-



le-lu-ia. Si- cut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, * **R̃ Al-**



le- lú-ia. Et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. **R̃ Alle- lú- ia,**



alle-lú-ia. *Repetitur Antiphona.*

LECTIO BREVIS

Gaudéte in Dómino semper, íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus prope est.

Ad Magnificat, ant.

Anno A (p. 1200):

AG 294 & 134* (cf. OCO 371)




VIII a

Spí- ri- tus Sanctus in te descéndet Ma-rí- a: ne tí-




me- as, ha-bé-bis in ú- te-ro Fí- li- um De- i, al-le-lú-ia



C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.


Anno B (p. 1186):

AG 323 (cf. OCO 371)



IV a

Vi-gi- lá-te á-nimo: In pró-ximo est Dómi-nus



De- us noster. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dó-mi- num.

Anno C (p. 1200):

AG 295 (cf. OCO 371)



Ne tíme- as, Ma- rí- a, inve-ní-sti grá- ti- am a-pud



Dómi-num: ecce con-cí- pi- es et pá- ri- es fí- li- um, al-le-



lú-ia. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Redemptórem nostrum Iesum Christum, qui est via, véritas, et vita, suppliciter rogémus, dicétes: *Veni et mane nobíscum, Dómine.* Iesu, Fíli Altíssimi, qui Vírgini Maríæ per Gabriélem annuntiátus es, — veni ad regnándum super plebem tuam in ætérnum.

Tu, Sancte Dei, cui Præcúrsor in sinu Elísabeth exultávit, — veni ad dandum univérso mundo gáudium salútis.

Iesu, Salvátor, cuius nomen Ioseph viro iusto ab Angelo revelátum est,

— veni ad pópulum tum salvum faciéndum a peccátis eórum.

Lumen mundí, quod Símeon et omnes iusti expectábant, — veni ad consolándum nos.

Oriens indeficiens, quem nos ex alto visitatúrum prædíxit Zacharías, — veni ad illuminándum illos, qui in umbra mortis sedent.

Oratio ut ad I Vesperas, p. 303.

FERIA II HEBDOMADÆ I

Ad Officium lectionum


PSALMODIA

Ant. 1


AG 171 (cf. OCO 410)



Salvum me fac, Dómi-ne, prop-ter mi-se-ri-cór-di- am



tu- am. *Ps.* Dómine, ne in furóre tuo árgu- as me, * neque in ira



tu- a corrí-pi- as me. [flex]

Psalmus 6

[Dómine, ne in furóre tuo árguas me, *
neque in ira tua corrípias me.]

Miserére mei, Dómine, quóniam infírmus sum; *
sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt *ossa mea*.

Et ánima mea turbáta est **valde**, *
sed tu, Dómine, **úsquequo?**

Convértere, Dómine, éripe animam **meam**; *
salvum me fac propter misericórdiam **tuam**.

Quóniam non est in morte qui memor sit **tui**, *
in inférno autem quis confitébitur **tibi?**

Laborávi in gémitu meo, †
lavábam per síngulas noctes lectum **meum**; *
lácrimis meis stratum **meum rigábam**.

Turbátus est a mærore óculus **meus**, *
inveterávi inter omnes inimícos **meos**.

Discédite a me, omnes qui operámini iniquitátem, *
 quóniam exaudivit Dóminus vocem *fletus mei*.
 Exaudivit Dóminus deprecationem *meam*, *
 Dóminus orationem *meam* suscepit.
 Erubescant et conturbéntur vehementer omnes inimíci *mei* *
 convertántur et erubescant *valde velociter*.

Ant. 2 OHS 39 (cf. OCO 410)

I c
 Exsurge, Domi-ne, et iu-di- ca causam me- am. C. Con-
 fitébor tibi, Dómine, in toto corde *me-* o; * narrábo ómnia mi-
 rabí-li- a tu- a. [flex]

Psalmus 9, I

[Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; *
 narrábo ómnia mirabilia tua.]
 Lætábor et exsultábo *in* te, *
 psallam nómini tuo, *Altíssime*.
 Cum convertúntur inimíci *mei retrórs*um, *
 infirmántur et péreunt a fácie *tua*.
 Quóniam fecísti iudícium meum et *causam meam*, *
 sedísti super thronum, qui iúdicas *iustítiam*.
 Incepásti gentes, perdidísti *ímpium*; *
 nomen eórum delésti in ætérnum et in *sæculum sæculi*.
 Inimíci defecérunt; †
 solitúdines sempitérnæ factæ sunt civitátes
quas destruxísti: *
 périit memória *eorum* cum *ipsis*.

Dóminus autem in ætérnum sedébit, *
 parávit in iudícium *thronum suum*,
 et ipse iudicábit orbem terræ *in iustítia*, *
 iudicábit pópulos in *æquitáte*.
 Et erit Dóminus refúgium *oppré*ssó, *
 refúgium in opportunitátibus, in tribulatióne.
 Et sperent in te qui novérunt *nomen tuum*, *
 quóniam non dereliquísti quacréntes te, *Dómine*.

Ant. 3 cf. AJ 1: 575 (OCO vacat)

V
 Annun-ti- á-bo in- ter gentes lau-da- ti- ó- nes tu-
 as. *Ps.* Psállite Dómino, qui hábitat in Si- on; * annuntiáte
 inter gentes *stúdi-* a e- ius. [flex]

II

[Psállite Dómino, qui hábitat in Sion; *
 annuntiáte inter gentes stúdia eius.]
 Quóniam requírens sánguinem recordátus est eórum, *
 non est oblítus clamórem *páuperum*.
 Miserére mei, Dómine; †
 vide afflictiónem meam de inimícis *meis*, *
 qui exáltas me de *portis mortis*,
 ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ *Sion*, *
 exsúltem in salutári *tuo*.
 Infíxæ sunt gentes in fóvea quam fecérunt; †
 in láqueo isto quem abscondérunt *
 comprehénsus est *pes eorum*.

Manifestávit se Dóminus iudícium **f**aciens, *
 in opéribus mánuum suárum comprehénsus **est** peccátor.
 Converténtur peccatóres in **inférnum**, *
 omnes gentes quæ obliviscúntur **Deum**.
 Quóniam non in finem obliívio erit **páuperis**; *
 exspectátió páuperum non períbit **in** ætérnum.
 Exsúrge, Dómine, non confortétur **homo**; *
 iudicéntur gentes in **conspéctu tuo**.
 Constítue, Dómine, terrórem super **eos**, *
 sciant gentes quóniam **hóm**ines sunt.

∇. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
 ⚔. Et salutáre tuum da nobis.

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy MS, fo. 59^v; cf. AJ 1: 61 (cf. OCO 410)

VIII b

In-tél-le-ge cla-mó-rem me- um, Dómi-ne. *Ps.* Verba
 mea áuribus pércipe, **Dómine**; * intéllege gémi-tum **me-** um. [flex]

Psalmus 5:2–10,12–13

[Verba mea áuribus pércipe, Dómine; *
 intéllege gémitum meum.]

Inténde voci clamóris **mei**, *
 rex meus et *Deus meus*.

Quóniam ad te orábo, Dómine, †
 mane exáudies vocem **meam**; *
 mane astábo tibi, et *exspectábo*.

Quóniam non Deus volens iniquitátem tu *es*; †
 neque habitábit iuxta te **malígnus**, *
 neque permanébunt iniústi ante **óculos tuos**.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem, †
 perdes omnes qui loquúntur **mendácium**; *
 virum sanguinum et dolósum abominábitur **Dóminus**.
 Ego autem in multitudíne misericórdiæ tuæ †
 introibo in domum **tuam**; *
 adorábo ad templum sanctum tuum in **timóre tuo**.
 Dómine, deduc me in iustítia tua propter inimícos **meos**, *
 dírige in conspéctu meo **viam tuam**.
 Quóniam non est in ore eórum **véritas**, *
 cor eórum **fóvea**;
 sepúlcrum patens est guttur eórum, *
 mólliunt *linguas suas*.
 Et omnes qui sperant in te **læténtur**, *
 in ætérnum **exsúltent**.
 Obumbrábis eis, et gloriabúntur **in** te *
 qui díligunt *nomen tuum*;
 quóniam tu benedíces iusto, **Dómine**; *
 quasi scuto, bona voluntáte coronábis **eum**.

Ant. 2 AG 139 (cf. OCO 410)

I b

Laudámus nomen tu- um ínclý- tum, De- us no-ster.

C. Benedíctus es, Dómine Deus Israél **pa-** tris **no**stri, * ab ætérno

*in ætér-*num.

Canticum

1 Par 29:10–13

[Benedíctus es, Dómine Deus Israél patris nostri, *
 ab ætérno in ætérnum.]

Tua est, Dómine, magnificéntia **et poténtia** *
 et glória *atque victória*,


et **tibi** laus; *
 cuncta enim, quæ in cælo sunt et in *terra*, **tua** sunt;
 tuum, **Dómine**, **regnum**, *
 et tu es super *omnes* **príncipes**.
 Tuæ divítiæ et **tua** est **glória**; *
 tu *domináris* **ómnium**,
 in manu tua virtus **et poténtia**, *
 in manu tua magnitúdo et *impérium* **ómnium**.
 Nunc ígitur, Deus noster, **confitémur tibi** *
 et laudámus nomen *tuum* **ínclitum**.

Ant. 3


AJ 1: 60, cf. Poissy MS, fo. 58^r (cf. OCO 411)

VIII a 

Ad-o-rá-te Dó-mi-num in au-la sancta e-ius.



Ps. Afférte Dómino, filii **De-** i, * afférte Dómino glóriam *et po-*



ténti- am. [flex]

Psalmus 28

[Afférte Dómino, filii Dei, *
 afférte Dómino glóriam et poténtiam.]
 Afférte Dómino glóriam nóminis eius, *
 adoráte Dóminum in splendóre **sancto**.
 Vox Dómini super *aquas*, †
 Deus maiestátis **intónuit**: *
 Dóminus super *aquas* **multas**.
 Vox Dómini in **virtúte**, *
 vox Dómini in **magnificéntia**.
 Vox Dómini confringéntis **cedros**; *
 et confringet Dóminus *cedros* **Líbani**.
 Et saltáre fáciat, tamquam vítulum, **Líbanum**, *
 et Sárion quemádmóduin *filium* **unicórnium**.

Vox Dómini intercidéntis flammam *ignis*, †
 vox Dómini concutiéntis **desértum**, *
 et concútiat Dóminus *desértum* **Cades**.
 Vox Dómini properántis partum *cervárum*, †
 et denudábit **condénsa**, *
 et in templo eius omnes *dicent* **glóriam**.
 Dóminus super dilúvium **hábitat**, *
 et sedébit Dóminus rex *in* **ætérnum**.
 Dóminus virtútem pópulo suo **dabit**, *
 Dóminus benedícet pópulo suo **in pace**.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

*Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21;
 tempus Nativitatis, p. 92, 111, vel tempus Epiphaniæ, p. 221, 242.*

Psalmus 18B

[Lex Dómini immaculáta, reficiens ánimam, *
 testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstáns párvulis.]
 Iustítia Dómini rectæ, lætificántes **corda**, *
 præcéptum: Dómini lícidum, illúminans **óculos**.
 Timor Dómini mundus, pérmanens in **sæculum sæculi**, *
 iudícia Dómini vera, iusta **omnia simul**,
 desiderabilia super aurum et lápidem pretiósus **multum**, *
 et dulcióra super mel et *favum* stillántem.
 Etenim servus tuus erudítur in eis, *
 in custodiéndis illis retribútio **multa**.
 Erróres quis intéllegit? †
 Ab **occúltis munda** me, *
 et a **supérbia** custódi servum tuum, ne dominétur **mei**.
 Tunc immaculátus **ero**, *
 et emundábor a **delícto máximo**.
 Sint, ut compláceant elóquia **oris mei**, *
 et meditátio cordis mei in **conspéctu tuo**.
 Dómine, **adiútor meus** *
 et **redemptor meus**.

Psalmus 7 (I)

Dómine Deus meus, in te sperávi; *
 salvum me fac ex ómnibus persecuéntibus me et líbera me,
 nequándo rápiat ut leo ánimam **meam**, *
 discérpens, dum non est qui *salvum fáciat*.
 Dómine Deus meus, si feci **istud**, *
 si est iníquitas in *mánibus meis*;
 si réddidi retribuénti mihi **mala**, *
 et exspoliávi inimícum meum *dimíttens inánem*;
 persecuátur inimicus ánimam meam et *comprehéndat*, †
 et concúlcet in terra vitam **meam**, *
 et glóriam meam in *púlverem dedúcat*.
 Exsúrge, Dómine, in ira **tua**, *
 et exaltáre contra indignatióem inimicórum *meórum*,
 et exsúrge, Deus **meus**, *
 in iudício *quod mandásti*.
 Et synagoga populórum circúmdabit *te*, †
 et super hanc in altum **regrédere**: *
 Dóminus iúdicat **pópulos**.
 Iúdica me, Dómine, secúndum iustítiam **meam**, *
 et secúndum innocéntiam meam *quæ est in me*.
 Consumátur nequítia peccatórum; †
 et iustum **confirma**: *
 scrutans corda et renes *Deus iustus*.

II

Adiutórium meum apud Deum *
 qui salvos facit rectos corde.
 Deus *iudex iustus*, *
 fortis iráscens per *síngulos dies*.
 Nonne íterum gládium suum **exácut**, *
 arcum suum teténdit et *parávit illum*?
 Et parávit sibi *vasa mortis*, *
 sagíttas suas **ardéntes effécit**.
 Ecce partúriit *iniustítiam*, *
 concépit dolórem et péperit *iniquitátem*;
 lacum apéruit et **effódit eum**, *
 et incidit in *fóveam quam fecit*.


Convertétur dolor eius in *caput eius*, *
 et in vérticem ipsíus iníquitas *eius descéndet*.
 Confitébor Dómino secúndum *iustítiam eius*, *
 et psallam nómini *Dómini altíssimi*.

Ad Vesperas



PSALMODIA

Ant. 1

MG 69 (cf. OCO 411)



Dómi-nus in templo sancto su- o, Dómi-nus in cæ-

lo, alle-lú- ia. *Ps. In Dómino confído, quómo- do dícitis ánimæ*me- æ: * Tránsmigra in montem *si-cut pas-ser?* [flex]

Psalmus 10

[In Dómino confído, quómo- do dícitis ánimæ meæ: *
 « Tránsmigra in montem sicut passer? »]
 Quóniam ecce peccatóres intendérunt *arcum*, †
 paravérunt sagíttas suas super **nervum**, *
 ut sagíttent in obscúro *rectos corde*.
 Quando fundaménta evertúntur, *
iustus quid **fáciat**?
 Dóminus in templo sancto **suo**, *
 Dóminus, in cælo **sedes eius**.
 Oculi eius in páuperem **respíciunt**, *
 pálpebræ eius intérogant *fílios hóminum*.
 Dóminus intérogat iustum et **ímpium**, *
 qui autem dligit iniquitátem, odit *ánima eius*.

Pluet super peccatóres carbónes, *
 ignis et sulphur et spíritus procellárum pars cálicis eórum.
 Quóniam iustus Dóminus et iustítias diléxit, *
 recti vidébunt *vultum* eius.

Ant. 2 OHS 216 (cf. OCO 411)

IV a

Ha-bi-tá-bit in taber-nácu-lo tu- o: requi- é-scet in
 monte sancto tu- o. Qui ingréditur sine mácula, et operá-tur
 iu-stí-ti- am; * qui lóquitur veritátem *in* corde **su-** o. [flex]

Psalmus 14

[Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? *
 quis requiéscet in monte sancto tuo?
 † Qui ingréditur sine mácula, et operá-tur iustítiam; *
 qui lóquitur veritátem *in* corde **suo**,]
 qui non egit dolum in lingua sua, †
 nec fecit próximo suo **malum**, *
 et oppróbrium non íntulit *próximo suo*.
 Ad níhilum reputátus est in conspéctu *eius* malígnus, *
 tímētes autem Dóminum gloríficat.
 Qui iurat in detriméntum suum et non mutat, †
 qui pecúniam suam non *dedit* ad usúram, *
 et, múnera super innocéntem non accépit.
 Qui **facit** hæc, *
 non movébitur in ætérnum.

Ant. 3 AG 854 (cf. OCO 411)

VIII a

Be- á-ti qui lavant sto-las su-as in SÁNGUI-ne Agni.
 C. Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Chri-** sti, * qui
 benedíxit nos in omni benedictiōne spiritali in cælesti-bus in
Chri- sto. [flex]

Canticum

Eph 1: 3–10

[Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, *
 qui benedíxit nos in omni benedictiōne spiritali
 in cælestibus in Christo;]
 sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutiōnem, †
 ut essémus sancti et immaculáti *
 in conspéctu eius in *caritáte*,
 qui prædestinávit nos in adoptiōnem filiórum †
 per Iesum Christum in **ipsum**, *
 secúndum propósitum voluntátis **suæ**,
 in laudem glóriæ grátiae **suæ**, *
 in qua gratificávit nos in dilécto *Fílio suo*,
 in quo habémus redemptiōnem per sánguinem **eius**, *
 remissiōnem *peccatórum*.
 Secúndum divítias grátiae *eius*, †
 quæ superabundávit in **nobis** *
 in omni sapientia *et prudéntia*;
 ut notum fáceret nobis sacraméntum voluntátis **suæ**, *
 secúndum beneplácitum *eius*,

quod propósuit in **eo**, *
 in dispensatióne plenitúdinis **témporum**,
 instauráre ómnia in **Christo**, *
 quæ in cælis et *quæ* in **terra** sunt.


FERIA III HEBDOMADÆ I

Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1

PM 11 (OCO 410)

II 

Ut quid, Dómi-ne, re-ces- sísti longe? *Ps.* Ut quid, Dó-
 mine, stas a **lon-ge**, * abscondis te in opportunitátibus in tribu-
 la-ti- ó- ne?]

Psalmus 9B, I

[Ut quid, Dómine, stas a longe, *
 abscondis te in opportunitátibus in tribulatióne?]
 Dum superbit ímpius, inséquitur **pauperem**: *
 comprehendántur in consíliis *quæ* **cógitant**.
 Quóniam gloriátur peccátor in desidériis ánimæ **suæ**: *
 et avárus sibi **benedícit**.
 Spernit Dóminum peccátor in arrogántia **sua**: *
 « Non requíret, non *est* **Deus** ».
 Hæ sunt omnes cogitatiónes **eius**; *
 prosperántur viæ illíus in omni **témpore**.
 Excélsa nimis iudícia tua a fácie **eius**: *
 omnes inimícos suos **aspernátur**.
 Dixit enim in corde suo: « Non **movébor**, *
 in generatióne et generatióne ero **sine malo** ».
 Cuius maledictiόne os plenum est et frauduléntia et **dolo**: *
 sub lingua eius labor et **nequítia**.

Sedet in insídiis ad **vicos**, *
 in occúltis interficit **innocéntem**.
 Oculi eius in páuperem respíciunt: *
 insidiátur in abscondito, quasi leo in spelúnca **sua**.
 Insidiátur, ut rápiat **páuperem**: *
 rapit páuperem, dum átrahit in láqueum **suum**.
 Irruit et inclínat se, et míseri **cadunt** *
 in fortitú-dine bracchiórum **eius**.
 Dixit enim in corde suo: « Oblítus est **Deus**, *
 avértit fáciem suam, non vidébit **in finem** ».

Ant. 2

AG 192 (cf. OCO 411)

VIII a

Tu, Dómine, servábis nos et custó-di-es nos in æ-tér-
 num. *Ps.* Exsúrge, Dómine Deus, exálta manum **tu-** am, * ne ob-
 li-viscá-ris **páuperum**. [flex]

II

[Exsúrge, Dómine Deus, exálta manum tuam, *
 ne obliviscáris páuperum.]
 Propter quid spernit ímpius **Deum**? *
 Dixit enim in corde suo: « *Non requíres* ».
 Vidísti: †
 tu labórem et dolórem **consíderas**, *
 ut tradas eos in *manus tuas*.
 Tibi derelíctus est **pauper**, *
 órphano tu factus *es adiútor*.
 Cóntere bráccium peccatóris et malígni: *
 quæres peccátum illíus, et *non invénies*.

Dóminus rex in ætérnum et in sáculum **sæculi**: *
 periérunt gentes de terra **illíus**.
 Desidérium páuperum exaudísti, **Dómine**: *
 confirmábis cor eórum, inténdes *aurem tuam*,
 iudicáre pupíllo et **húmili**, *
 ut non appónat ultra indúcere timórem homo de **terra**.

Ant. 3

AJ 1 Supp. 16 (OCO vacat)

VI

E-lóqui- a Dó- mi-ni iu- sti- fi-cá- ta in seme- tí-
 psa: et dulci- ó- ra su- per mel et fa-vum. *Ps.* Salvum me
 fac, Dómine, quóniam de-fé- cit **sanctus**, * quóniam deminúti
 sunt fidéles a fí-li- is **hóminum**. [flex]

Psalmus 11

[Salvum me fac, Dómine, quóniam defécit sanctus, *
 quóniam deminúti sunt fidéles a fíliis hóminum.]
 Vana locúti sunt unusquisque ad **próximam suam**; *
 in lábiis dolósis, in dúplici corde **locúti** sunt.
 Dispérdat Dóminus unívsera **lábiam dolósa** *
 et *linguam magníloquam*.
 Qui dixerunt: « *Lingua nostra magnificábimur*, †
lábiam nostra a **nobis** sunt; *
 quis noster **dóminus** est? »

« Propter misériam ínopum et gémitum páuperum, †
nunc exsúrgam, **dicit Dóminus**; *
ponam in salutári illum *quem despíciunt* ».

Elóquia Dómini **elóquia casta**, *
argéntum igne examinátum,
separátum a terra, purgátum **séptuplum**.

Tu, Dómine, servábis nos et **custódies** nos, *
a generatióne hac *in ætérnum*.

In circúitu **ímpii ámbulant**, *
cum exaltántur sordes inter **fílios hóminum**.

Ÿ. Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini.

℞. Rectas fácite sémitas Dei nostri.

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 146 (cf. OCO 411)

IV a



In-no-cens má-ni-bus et mundo cor-de ascéndet in
montem Dómi-ni. *Ps.* Dómini est terra et plenitúdo e- ius, * or-
bis terrárum et qui hábi-tant in e- o. [flex]

Psalmus 23

[Dómini est terra et plenitúdo eius, *
orbis terrárum et qui hábitant in eo.]

Quia ipse super mária fundávit eum, *
et super flúmina *fírmávit* eum.

Quis ascéndet in *montem Dómini*, *
aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens mánibus et mundo corde, †
qui non accépit in vanum *nomen eius*, *
nec iurávit in **dolum**.

Hic accípiet benedictiónem a **Dómino**, *
et iustificatióne a Deo salutári **suo**.

Hæc est generátio quæréntium eum, *
quæréntium fáciem Dei **Iacob**.

Attóllite, portæ, cápita *vestra*, †
et elevámini, portæ *æternáles*, *
et introíbit rex **glóriæ**.

Quis est iste rex **glóriæ**? *

Dóminus fortis et potens, Dóminus *potens* in **prælio**.


Attóllite, portæ, cápita *vestra*, †
et elevámini, portæ *æternáles*, *
et introíbit rex **glóriæ**.

Quis est iste rex **glóriæ**? *

Dóminus virtútum *ipse* est rex **glóriæ**.

Ant. 2 AG 173 (cf. OCO 411)

VII a



Ex-altá- te Re-gem sæ-cu-ló-rum in opé- ri-bus
vestris. *C.* Magnus es, Dómine, in æ-tér-num * et in ómnia sée-
cula regnum **tu-** um. [flex]

Canticum

Tob 13: 1–10

[Magnus es, Dómine, in ætérnum *
et in ómnia séeula regnum tuum;]

quóniam tu flagéllas et *salvas*; †
 dedúcis ad ínferos **et redúcis**, *
 et non est qui effúgiat *manum tuam*.
 Confitémini Dómino, **fílii Israél**, *
 et in conspéctu géntium **laudáte eum**;
 quóniam ídeo dispérsit vos inter gentes, quæ **ignórant eum**, *
 ut vos enarrétis **mirabília eius**,
 et faciátis **scire eos**, *
 quia non est álius Deus **omnípotens præter eum**.
 Ipse castigávit nos propter **iniquitátes nostras**; *
 et ipse salvábit nos propter **misericórdiam suam**.
 Aspícite ergo quæ fecit nobíscum, †
 et cum timóre et tremóre **confitémini illi** *
 Regémque sæculórum **exaltáte in opéribus vestris**.
 Ego autem in terra captivitátis meæ **confitébor illi**, *
 quóniam osténdit maiestátem suam in gentem **peccatricem**.
 Convertímini ítaque, **peccatóres**, †
 et fácite **iustítiam coram Deo**, *
 credéntes quod fáciat vobíscum **misericórdiam suam**.
 Ego autem et **ánima mea** *
 in eo **lætábimur**.
 Benedícite Dóminum, omnes **elécti eius**; *
 ágite dies **lætítiae** et **confitémini illi**.

Ant. 3 Poissy MS fo. 58^v; cf. AJ 1:60 (cf. OCO 411)

I c

Rectos de-cet collaudá-ti- o. Ps. Exsultáte, iusti, in Dó-

mino; * rectos decet **collaudá-ti- o**.

Psalmus 32

[Exsultáte, iusti, in Dómino; *
 rectos decet collaudátio.]
 Confitémini Dómino in **cíthara**, *
 in psaltério decem chordárum **psállite illi**.

Cantáte ei **cánticum novum**, *
 bene psállite ei in **vociferatióne**.
 Quia rectum est **verbum Dómini**, *
 et ómnia ópera *eius* in **fide**.
 Díligit **iustítiam et iudícium**, *
 misericórdia Dómini **plena est terra**.
 Verbo Dómini **cæli facti sunt**, *
 et spíritu oris eius omnis **virtus eórum**.
 Cóngregans sicut in utre **aquas maris**, *
 ponens in **thesáuris abýssos**.
 Tímeat Dóminum **omnis terra**, *
 a fácie autem eius formídent omnes **inhabitántes orbem**.
 Quóniam ipse **dixit**, et **facta sunt**, *
 ipse mandávit, **et creáta sunt**.
 Dóminus díssipat **consília géntium**, *
 írritas facit **cogitatiónes populórum**.
 Consílium autem Dómini in **ætérnum manet**, *
 cogitatiónes cordis eius in **generatióne et generatióne**.
 Beáta gens, cui Dóminus est **Deus**, *
 pópulus, quem elégit in **hereditátem sibi**.
 De cælo **respéxit Dóminus**, *
 vidit omnes **fílios hóminum**.
 De loco **habitáculi sui respéxit** *
 super omnes qui **hábitant terram**,
 qui finxit singillátim **corda eórum**, *
 qui intéllegit **ómnia ópera eórum**.
 Non salvátur rex per **multam virtútem**, *
 et gigas non liberábitur in **multitúdine virtútis suæ**.
 Fallax equus **ad salútem**, *
 in abundántia autem virtútis suæ **non salvábit**.
 Ecce óculi Dómini super metuéntes **eum**, *
 in eos qui sperant super **misericórdia eius**,
 ut éruat a morte **ánimas eórum**, *
 et alat **eos in fame**.
 Anima nostra **sústinet Dóminum**, *
 quóniam adiútor et **protéctor noster est**.
 Quia in eo **lætábitur cor nostrum**, *
 et in nómine sancto *eius* **sperávimus**.
 Fiat misericórdia tua, **Dómine, super nos**, *
 quemádmódu(m) **sperávimus in te**.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21; tempus Nativitatis, p. 92, 111, vel tempus Epiphaniæ, p. 221, 242.

Psalmus 118: 1–8 (Aleph)

[Beáti immaculáti in via, *
qui ámbulant in lege Dómini.]
Beáti qui servant testimónia eius, *
in toto corde *exquí*runt eum.
Non enim operáti sunt iniquitátem, *
in viis eius ambulavérunt.
Tu mandásti *
mandáta tua eustodíri **nimis**.
Utinam dirigántur viæ **meæ** *
ad custodiéndas iustificatiónes **tuas**.
Tunc non **confú**ndar, *
cum perspexero in omnibus præcéptis **tuis**.
Confitébor tibi in directiône **cordis**, *
in eo quod dídici iudícia iustítiæ **tuæ**.
Iustificatiónes tuas **custód**iam, *
non me derelínquas *usquequá*que.

Psalmus 12

Usquequo, Dómine, obliviscéris me in finem? *
usquequo avértes faciém tuam a me?
Usquequo ponam consília in ánima mea, †
dolórem in corde meo per **diem**? *
Usquequo exaltábitur inimícus **meus** super me?
Réspice et exáudi me, Dómine Deus **meus**. *
Illúmina óculos meos, nequándo obdórmiam *in morte*,
nequándo dicat inimícus **meus**: †
 et fácies vestræ non **confundéntur**.
 Iste pauper clamávit, †
 et Dóminus exaudívit **eum**, *
 et de ómnibus tribulatióibus eius salvávit **eum**.
 Vallábit ángelus Dómini in circúitu **timéntes eum**, *
 et erípiet **eos**.
 Gustáte et vidéte quóniam suávis est **Dóminus**; *
 beátus vir qui sperat **in eo**.
 Timéte Dóminum, **sancti eius**, *
 quóniam non est inópia **timéntibus eum**.
 Dívites eguérunt et **esuriérunt**, *
 inquirentes autem Dóminum non defíciant **omni bono**.

II

Veníte, fílii, audíte me: *
 timórem Dómini docébo vos.
 Quis est homo **qui** vult **vitam**, *
 díligit dies ut **videat bonum**?
 Próhibe linguam **tuam a malo**, *
 et lábía tua ne loquántur **dolum**.
 Divérte a malo **et** fac **bonum**, *
 inquire pacem et perséquere **eam**.

Oculi Dómini **super iustos**, *
 et aures eius in clamórem **eórum**.
 Vultus autem Dómini super faciéntes **mala**, *
 ut perdat de terra **memóriam eórum**.
 Clamavérunt, et Dóminus exaudívit, *
 et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit **eos**.
 Iuxta est Dóminus iis qui contríto sunt **corde**, *
 et confráctos spírítu **salvábit**.
 Multæ tribulatiónes **iustórum**, *
 et de ómnibus his liberábit **eos Dóminus**.
 Custódit ómnia **ossa eórum**, *
 unum ex his non **conterétur**.
 Interficiet peccatórem **malítia**, *
 et qui odérunt iustum, **puniéntur**.
 Rédimet Dóminus **ánimas servórum suórum**, *
 et non puniéntur omnes qui sperant **in eo**.

DOMINICA HEBDOMADÆ II

Ad I Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1

AG 298 (cf. OCO 372)

IV b

Si-on, no-li timé-re: ecce De-us tu-us vé-ni-et,
al-le-lú-ia. *Ps.* Lucérna pédibus meis verbum tu-um, * et lu-
men sémi-tis me- is.

Psalmus 118: 105–112 XIV (Nun)

[Lucérna pédibus meis verbum tuum, *
et lumen sémitis meis.]

Iurávi et státui *

custodíre iudícia iustítiae tuæ.

Humiliátus sum usquequáque, Dómine; *
vivífica me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita sint, Dómine, *
et iudícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper, *
et legem tuam non sum oblítus.

Posuérum peccatóres láqueum mihi, *
et de mandátis tuis non errávi.

Heréditas mea testimónia tua in ætérnum, *
quia exsultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas iustificatiónes tuas *
in ætérnum, in finem.

Ant. 2

PM 42 (OCO 372)

II

Confortá-te ma-nus disso-lú-tas; confor-tá-mi-ni,
dí-ci-te: Ecce De-us no-ster vé-ni-et et salvá-bit nos,
alle-lú-ia. *Ps.* Consérva me, De-us, * quóniam sperá-vi in te.
[flex]

Psalmus 15

[Consérva me, Deus, *
quóniam sperávi in te.]

Dixi Dómino: « Dóminus meus es tu, *
bonum mihi non est sine te ».

In sanctos qui sunt in terra, ínclitos viros, *
omnis volúntas mea in eos.

Multiplicántur dolóres eórum *

qui post deos aliénos acceleravérunt.

Non effúndam libatiónes eórum de sanguínibus, *
neque assúmam nómina eórum in lábis meis.

Dóminus pars hereditátis meæ et cálicis mei: *
tu es qui détines sortem meam.

Funes cecidérunt mihi in præcláris; *

ínsuper et heréditas mea speciósá est mihi.

Benedícám Dóminum qui tríbuit mihi intelléctum; *
ínsuper et in nóctibus erudiérunt me renes mei.

Proponébam Dóminum in conspéctu meo semper, *
quóniam a dextris est mihi, non commovébor.

Propter hoc lætatum est cor meum, †
 et exsultavérunt præcordia mea; *
 însuper et caro mea requiescet in spe.
 Quóniam non derelinques animam meam in inférno, *
 nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.
 Notas mihi fácies vias vitæ, †
 plenitudinem lætitiæ cum vultu tuo, *
 delectatiónes in dextera tua usque in finem.

Ant. 3

AG 315 (cf. OCO 372)

I b

Lex per Moysen da-ta est: grá-ti-a et vé-ri-tas per
 Ie-sum Chri-stum facta est. C. Christus Iesus, cum in forma De-
 i es-set, * non rapínam arbitrátus est esse se æquá-lem De-o.

[flex]

Canticum

Phil 2:6-11

[Christus Iesus, cum in forma Dei esset, *
 non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo,]
 sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, †
 in similitúdinem hóminum factus *
 et hábitu invéntus ut homo.
 Humiliávit semetípsum †
 factus obcédiens usque ad mortem, *
 mortem autem crucis.

Propter quod et Deus exaltávit illum †
 et donávit illi nomen, *
 quod est super omne nomen,
 ut in nómine Iesu omne genu flectátur *
 cæléstium, terréstrium et inférnórum,
 et omnis lingua confiteátur *
 quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

LECTIO BREVIS


Ipse Deus pacis sanctíficet vos per ómnia, ut ínteger spíritus vester; et ánima et corpus sine queréla in advéntu Dómini nostri Iesu Christi servétur. Fidélis est qui vocávit vos, qui étiam fáciet.

In loco R̄ brev. cantari potest R̄ prolixum:

AG 298 (POP 689)

v


R̄. Ecce Dómi-nus vé-ni-et et omnes sancti e-ius
 cum e-o, et e-rit in di-e
 il-la lux ma-gna: et ex-í-bunt de Ie-rúsa-
 lem sic-ut a-qua mun-da; et regná-bit Dómi-nus in
 æ-térnum * Su-per om-nes gen-tes.



Ÿ Ecce Dómninus cum virtute veniet: et re-



gnum in manu eius et potestas et imperi-




um. * Super. [Glória. * Super.]

Ad Magnificat, ant.(p. 1196)


AG 299 (cf. OCO 372)



Veni, Dómine, visitare nos in pace, ut lætémur



coram te corde perfecto. C. Magnificat * ánima mea



Dóminum.

PRECES

Christum Dóminum, fratres caríssimi, ex Vírgine María natum,
húmiles deprecémur lætantésque vocémus: *Veni, Dómine Iesu.*

Fili Dei unigénite, qui ventúrus es ut verus ángelus testaménti,
— ac ut mundus te suscípiat et agnóscat.

Qui génius in sinu Patris, incarnári venísti ex María Vírgine,
— ab omni corruptióne humánæ condicióne nos élue.

Qui, vita cum sis, venísti mortem perférre,
— tríbue nobis nihil de mortis damnatióne sentíre.

Et quia meces tua ad iudícium tecum véniet, píetas tua consuéta tunc
nobis occúrrat in múnere,

— quæ nostrum sólita est semper renovére languórem.

Christe Dómine, qui morte tua mórtis tua mórtuis subvenísti,
— pro defúntis nos orántes exáudi.

Pater noster *in tono solemni.*


Oratio

Omnípotens et miséricors Deus: in tui occúrsum Fílii festinántes
nulla ópera terréni actus impédiant; sed sapiéntiæ cæléstis erudítio
nos fáciat eius esse consórtes: Qui tecum vivit.


Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 4a, p. 1114)


Poissy MS, fo. 11^r; cf. AJ 1: 149 (POP 690)



Rex no-ster advé-ni-et Chri-stus, Quem



Io-ánnes præ-di-cá-vit Ágnum es-se ven-tú-



rum. Ps. Vení-te.

Ad Officium lectionum


PSALMODIA

Ant. 1

PM 31 (OCO 371)



Vé-ni-et ec-ce rex excél-sus cum po-tes-tá-te




magna, ad sal- vándas gentes, al-le- lu-ia. *Ps.* *Bé*nedic, ánima
me- a, *Dó*mino: * *Dó*mine Deus meus, magnificátus es *ve*-he-
mén-ter.

Psalmus 103, I

[*Bé*nedic, ánima mea, *Dó*mino: **Dó*mine Deus meus, magnificátus es *ve*heménter.]Confessiónem et decórem **induísti**, *amíctus lúmine sicut *vestiménto*.Exténdens cælum **sicut velum**; *qui éxstruis in aquis *cenácula tua*.Qui ponis nubem **ascénsu**m **tuu**m, *qui ámbulas super *pennas ventórum*.Qui facis ángelos **tuos spír**itus, *et minístros tuos *ignem uréntem*.Qui fundásti terram super **stabilitá**tem **suam**, *non inclinábitur in *sæculum sæculi*.Abýssus sicut *vestiméntu*m **opér**uit **eam**, *super montes *stabant aquæ*.Ab increpatióne **tua fú**gient, *a voce tonítroi tui *formidábunt*.Ascéndunt montes et **descéndunt campi** *in locum quem *statuísti eis*.Términu(m) posuísti, quem non **transgrediéntur**, *neque converténtur *operíre terram*.Qui emíttis fontes **in torrén**tes; *inter médium *móntium pertransí*bunt,potábunt omnes **béstias agri**, *exstínguent ónagri *sitim suam*.Super ea *vólucres cæli habitábunt*, *
de médio *ramórum dabunt voces*.

Ant. 2


PM 35 (OCO 371)




I b
Gau-de et læ-tá-re, fí-li-a Si-on, qui-a ecce



e-go vé-ni-o, et ha-bi-tá-bo in mé-di-o tu-i, di-cit



*Dó*mi-nus. *Ps.* Rigas montes de **ce-náculis tu-** is, * de fructu ó-



perum tuórum *sá-ti-* as **ter-** ram.

II

[Rigas montes de *cenáculis tuis*, *
de fructu óperum tuórum *sátias terram*.]Prodúcis **fenu**m **iumentis**, *et herbam *serviéntibus hómini*.Edúcens **panem** de **terra**, *et vinum quod *lætificat cor hóminis*.Exhílarans **faci**em in **óleo**, *panis autem cor *hóminis confí*rmat.Saturábuntur **ligna Dó**mini, *et cedri *Líbani quas plantá*vit.Illic *pásseres nidificábunt*, *eródii domus in *vértice eárum*.Montes **excé**lsi **cervis**, *petræ *refúgium heriná*ciis.

Fecit lunam ad tēpora signānda, *
 sol cognóvit occásu suum.
 Posuisti tēnebras, et facta est nox: *
 in ipsa reptábunt omnes béstiae silvæ,
 cātuli leónum rugiētes, ut rápian *
 et quærant a Deo escam sibi.
 Oritur sol, et congregántur, *
 et in cubílibus suis recúmbunt.
 Exit homo ad opus suum, *
 et ad operatióem suam usque ad vésperum.

Ant. 3

PM 37 (OCO 371)

IV a

In ad-vén- tu summi Re- gis mundéntur cor- da
 hó- mi- num, ut digne ambu-lé-mus in occúrsum il-lí- us
 qui- a ecce vé- ni- et et non tra-dá-bit. Ps. Quam multiplicáta
 sunt ópera tua, Dómi-ne: † ómnia in sapiéti- a fecí- sti, * impléta
 est terra cre- a-tú-ra tu- a.

III

[Quam multiplicáta sunt ópera tua, Dómine: †
 ómnia in sapiéntia fecisti, *
 impléta est terra creatúra tua.]
 Hoc mare magnum et spatiósum et latum, †
 illic reptília quorum non est númerus, *
 animália pusílla cum magnis.
 Illic naves pertransíbunt, *
 Leviáthan quem formásti ad ludéndum cum eo.
 Omnia a te expéctant, *
 ut des illis escam in tēpore suo.
 Dante te illis, cólligent, *
 aperiēte te manum tuam, implebúntur bonis.
 Avertēte autem te faciē, turbabúntur, †
 revocábis spíritum eórum, et deficiēnt, *
 et in púlverem suum reverténtur.
 Emíttēs spíritum tuum, et creabúntur, *
 et renovábis faciē terræ.
 Sit glória Dómini in sǎculum; *
 lætétur Dóminus in opéribus suis.
 Qui respícit terram, et facit eam trémere, *
 qui tangit montes, et fúmigant.
 Cantábo Dómino in vita mea, *
 psallam Deo meo quám diu sum.
 Iucúndum sit ei elóquium meum, *
 ego vero delectábor in Dómino.
 Deficiānt peccatóres a terra, †
 et iníqui ita ut non sint. *
 Bénedic, ánima mea, Dómino.

Ÿ. Respícite et leváte cápita vestra.

℞. Quóniam appropínquat redémptio vestra.

Responsoria prolixa: post Lectionem primam, Præcursor veniet,
 AJ 2:417 (LH 1: 166); post Lectionem secundam, Ecce dominus
 veniet, ut ad I Vesperas, p. 394 (POP 689).

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1

AG 300 (cf. OCO 372)

VII b

Urbs for-ti-tú-di-nis nostræ Si- on, Salvá-tor poné-tur
in e- a mu-rus et antemu-rá- le: a-pe-rí- te por- tas,
qui- a no-bíscum De- us, alle-lú-ia. *Ps.* Confitémini Dómino,
quóni- am bo- nus, * quóniam in sáeculum miseri-córdi- a e
ius. [flex]

Psalmus 117

[Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.]
Dicat nunc Israël, **quóniam bonus**, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
Dicat nunc **domus Aaron**, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
Dicant nunc qui **timent Dóminum**, *
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
De tribulatione invocávi **Dóminum**, *
et exaudivit me edúcens in latitúdinem **Dóminus**.

Dóminus mecum, *
non timébo quid fáciat **mihi homo**.
Dóminus mecum adiútor **meus**, *
et ego despíciam inimícos **meos**.
Bonum est confúgere ad **Dóminum**, *
quam confídere in **hómine**.
Bonum est confúgere ad **Dóminum**, *
quam confídere in **príncipibus**.
Omnes gentes **circuiérunt me**, *
et in nómine Dómini excídi eos.
Circumdántes **circumdedérunt me**, *
et in nómine Dómini excídi eos.
Circumdedérunt me sicut *apes*, †
et exarsérunt sicut **ignis in spinis**, *
et in nómine Dómini excídi eos.
Impelléntes impulérunt **me**, ut **cáderem**, *
et **Dóminus adiúvit me**.
Fortitúdo mea et laus **mea Dóminus**, *
et factus est mihi in **salútem**.
Vox iubilatiónis **et salútis** *
in tabernáculis **iustórum**.
Déxtera Dómini fecit **virtútem**, †
déxtera Dómini **exaltávit me**; *
déxtera Dómini **fecit virtútem**.
Non **móriar**, sed **vivam**, *
et narrábo **ópera Dómini**.
Castígans castigávit me **Dóminus**, *
et morti non **trádidit me**.
Aperíte mihi **portas iustítiæ**, *
ingréssus in eas **confitébor Dómino**;
hæc **porta Dómini**, *
iusti **intrábunt in eam**.
Confitébor tibi, quóniam **exaudivisti me**, *
et factus es mihi in **salútem**.
Lápidem quem reprobavérunt **ædificántes**, *
hic factus est in **caput ánguli**;
a Dómino **factum est istud**, *
et est mirábile in **óculis nostris**.
Hæc est dies quam **fecit Dóminus**: *
exsultémus et lætémur in **ea**.

O Dómine, **salvum me** fac; *
 o Dómine, da **prosperitátem**.
 Benedíctus qui venit in **nómine Dómini**. *
 Benedícimus vobis de **domo Dómini**.
 Deus Dóminus et **illúxit nobis**. *
 Instrúite sollemnitátem in ramis condénsis,
 usque ad **córnu altáris**.
 Deus meus es tu, et **confitébor tibi**, *
 Deus meus, **et exaltábo** te.
 Confitémini Dómino, **quóniam bonus**, *
 quóniam in **sáeculum misericórdia eius**.

Ant. 2 AG 294 (cf. OCO 372)

VII b

Om-nes si-ti-én-tes, vení-te ad aquas: quæ-ri-te

Dómi-num, dum inve-ní-ri po-test, al-le-lú-ia. C. Benedíctus

es, Dómine Deus **patrum nostró-rum**, * et laudábilis et gloriósus

et superexaltátus in **sáecu-la**. [flex]

Canticum

Dan 3: 52–57

[Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum, *
 et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in **sáecula**];
 et benedíctum nomen glóriæ **tuæ sanctum**, *
 et laudábilis et superexaltátus in **ómnibus sáeculis**.
 Benedíctus es in templo sancto **glóriæ tuæ**, *
 et superlaudábilis et supergloriósus in **sáecula**.

Benedíctus es in throno **regni tui**, *
 et superlaudábilis et superexaltátus in **sáecula**.
 Benedíctus es, qui intuéris **abýssos** †
 et sedes **super chérubim**, *
 et laudábilis et superexaltátus in **sáecula**.
 Benedíctus es in firmaménto **cæli**, *
 et laudábilis et gloriósus in **sáecula**.
 Benedícite, ómnia ópera **Dómini, Dómino**; *
 laudáte et superexaltáte **eum in sáecula**.

Ant. 3 AG 301 (cf. OCO 372)

III b

Ecce Dómi-nus noster cum vir-tú- te vé- ni- et, et il-lu-

mi-ná-bit ó-cu-los servó-rum su- ó-rum, alle- lú- ia. Ps. Lau-

dáte Dóminum in sanctu- ári- o e- ius, * laudáte eum in firma-

ménto virtú-tis e- ius. [flex]

Psalmus 150

[Laudáte Dóminum in sanctuário eius, *
 laudáte eum in firmaménto virtútis eius.]
 Laudáte eum in **magnálibus eius**, *
 laudáte eum cum secúndum multitudínem magnitúdinis **eius**.
 Laudáte eum in **sono tubæ**, *
 laudáte eum in psalterio *et* **cíthara**,
 laudáte eum in **týmpano et choro**, *
 laudáte eum in chordis *et* **órgano**,

laudáte eum in cýmbalis benesonántibus, †
 laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: *
 omne quod spirat, laudet **Dóminum**.

LECTIO BREVIS


Hora est iam vos de somno súrgere, nunc enim própior est nobis salus quam cum credídimus. Nox procéssit, dies autem appropiávit. Abiciámus ergo ópera tenebrárum et induámur arma lucis.

Ad Benedictus, ant.

In anno A (p. 1170):

AG 303 (cf. OCO 372)

VIII a



Ecce e-go mit-to ánge-lum me- um qui præ-pa-rá-bit
 vi- am me- am ante fá-ci- em tu- am. C. Be-ne-díctus Dómi-
 nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis
 su- æ.

In anno B et C (p. 1158):

AG 303 (cf. OCO 372)

V



Vox cla-mántis in de-sér-to: Pa-rá-te vi- am Dómi-



ni, rectas fá-ci- te sémi- tas De- i nostri. C. Be-ne-díctus Dó-
 mi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-
 bis su- æ.

PRECES

Dóminum Iesum Christum, fratres caríssimi, deprecémur, qui est iudex vivórum et mortuórum ipsi dicentes: *Veni, Dómine Iesu.* Christe Dómine, qui peccatores salváre venísti, — nos ab omni tentatiónum adversitaté defénde. Qui ad iudícium maniféste ventúrus esse créderis, — poténtiam tuæ salvatiónis in nobis osténde. Da nobis legis tuæ præcépta virtúte spíritus custodíre, — ut advéntum tuum in caritaté præstolari possímus. Tu, qui es benedíctus in sácula, fac ut per misericórdiam tuam pie et sóbrie in hoc sáculo vivámus, — exspectántes beátam spem et advéntum magnificéntiæ tuæ. *Pater noster in tono solemni.*

Ad Horam mediam

PSALMODIA

Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21; tempus Nativitatis, p. 92, 111.

Psalmus 22

[Dóminus pascit me, et nihil mihi déerit: *
 in páscuis viréntibus me collocávit,]

super aquas quiétis **edúxit** me, *
 ánimam **meam** **refécit**.
 Dedúxit me super **sémitas** **iustítiae** *
 propter **nomen** **suum**.
 Nam et si ambulávero in valle umbræ mortis, non **timébo** **mala**, *
 quóniam tu **me**cum es.
 Virga tua et **báculus** **tuus** *
 ipsa **me** **consoláta** sunt.
 Parásti in conspéctu **meo** **mensam** *
 advérsus eos qui **tríbulant** me;
 impinguásti in óleo **caput** **meum**, *
 et calix **meus** **redúndat**.
 Etenim benignitas et misericórdia **subsequéntur** me *
 ómnibus diébus **vitæ** **meæ**,
 et inhabitábo in **domo** **Dómini** *
 in longitúdinem **diérum**.

Psalmus 75 (I)

Notus in Iudæa Deus, *
 in Israël magnum nomen eius.
 Et est in Salem tabernáculum eius, *
 et habitatio eius in **Sion**.
 Ibi confrégit coruscationes **arcus**, *
 scutum, gládium et **bellum**.
 Illúminans tu, Mirábilis, a móntibus direptiónis; *
 spoliáti sunt **poténtes** **corde**.
 Dormiérunt somnum **suum**, *
 et defecérunt omnes viri fortes **mánibus** **suis**.
 Ab increpatióne tua, Deus **Iacob**, *
 dormitavérunt **currus** et equi.

II

Tu terríbilis es, et quis resístet tibi? *
 Ex tunc ira tua.
 De cælo audítum fecísti **iudícium**; *
 terra trémuit *et* quiévit,
 cum exsúrgeret in iudícium **Deus**, *
 ut salvos fáceret omnes mansuétos **terræ**.

Quóniam furor hóminis confitébitur **tibi**, *
 et reliquiae furóris them festum *agent* **tibi**.
 Vovéte, et réddite Dómino Deo **vestro**, *
 omnes in circúitu eius áfferant **múnera** **Terríbili**,
 ei qui aufert spíritum **príncipum**, *
 terríbili apud *reges* **terræ**.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Sicut in die honéste ambulémus: † non in comissatióibus et ebrietátibus, non in cubílibus et impudicítiis, non in contentiÓne et æmulatiÓne: sed indúite Dóminum Iesum Christum.

Ad Sextam

Abundáre vos fáciat Dóminus caritáte in ínvicem et in omnes, † quæmádmódum et nos in vos, ad confirmánda corda vestra sine queréla in sanctitáte ante Deum et Patrem nostrum: in advéntu Dómini nostri Iesu cum ómnibus sanctis eius.

Ad Nonam

Iustum est apud Deum retribuere vobis, † qui tribulámini, réquiem nobíscum in revelatiÓne Dómini Iesu de cælo cum ángelis virtútis eius: cum vénerit glorificári in sanctis suis et admirábilis fieri in ómnibus, qui credidérunt.

Ad II Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1


AG 300 (cf. OCO 372)

I b

Ec-ce in nú-bi- bus cæ- li Dó-mi-nus vé-ni- et, cum



po-testá- te ma-gna alle- lú-ia. *Ps.* Di-xit Dóminus Dómino



me- o: * Se-de a *dextris* me- is. [flex]

Psalmus 109: 1–5, 7

[Dixit Dóminus Dómino meo: *

« Sede a dextris meis,

donec ponam inimicos tuos *

scabellum pedum tuorum »,]

Virgam poténtiæ tuæ emittet Dóminus ex Sion: *

domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum principátus in die virtútis tuæ, †

in splendóribus sanctis, *

ex útero matutíni velut rorem génuí te.

Iurávit Dóminus et non pænitébit eum: *

« Tu es sacérdos in ætérnum

secúndum órđinem Melchísedech »,.

Dominus a dextris tuis, *

conquassábit in die iræ suæ reges.

De torrénite in via bibet, *


proptérea exaltábit caput.

Ant. 2


AG 300 (cf. OCO 372)




Ecce appa-ré- bit Dómi-nus, et non menti- é- tur:




si mo-ram fé- ce- rit, ex-pé-cta e- um qui- a vé-ni- et,



et non tardá-bit, al-le-lú-ia. *Ps.* Non nobis, Dómine, non nobis, †



sed nómini tu- o da gló-ri- am, * super misericórdia tua et veri-



tá- te tu- a.

Psalmus 113B

[Non nobis, Dómine, non nobis, †

sed nómini tuo da glóriam, *

super misericórdia tua et veritáte tua.]

Quare dicent gentes: *

« Ubi est Deus eórum? »

Deus autem noster in cælo, *

omnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argéntum et aurum, *

ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquéntur, *

óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non áudient, *

nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt, †

pedes habent, et non ambulábunt; *

non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui faciunt ea, *

et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israél sperávit in Dómino, *

adiutórium eórum et scutum eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino, *

adiutórium eórum et scutum eórum est.

Qui timent Dóminum speravérunt in **Dómino**, *
 adiutórium eórum et **scutum** eórum est.
 Dóminus memor **fuit nostri**, *
 et **benedícet nobis**.
 Benedícet **dómu** **Israël**, *
 benedícet **dómu** **Aaron**.
 Benedícet ómnibus qui **timent Dóminum**, *
 pusíllis **cum** **maióribus**.
 Adíciat **Dóminus super** vos, *
 super vos et super **fílios vestros**.
 Benedícti **vos** a **Dómino**, *
 qui fecit **cælum** et **terram**.
 Cæli, **cæli** sunt **Dómino**, *
 terram autem dedit **fíliis hóminum**.
 Non mórtui **laudábunt** te, **Dómine**, *
 neque omnes qui **descéndunt** in **siléntium**.
 Sed nos qui vívimus, **benedícimus Dómino** *
 ex hoc nunc et **usque in sæculum**.


Ant. 3

AG 318; cf. LH 1: 643

IIIb



De- us lé-gi-fer noster, Dómi-nus Rex noster, ipse




vé-ni- et, et salvá-bit nos.


Canticum

Ap 19: 1-7

IIIb




Alle-lu-ia. Sa-lus et gló-ri- a et virtus De- o nostro est, *



¶ Alle-lú- ia. Qui- a vera et iusta iudí-ci- a sunt e- ius. ¶ Al-




le- lú-ia, alle- lú-ia. Alle-lu-ia. Laudem di-ci- te De- o no-




stro, omnes servi e- ius. ¶ Alle-lú- ia. et qui timé-tis e- um



pu- síl- li et magni. ¶ Alle- lú-ia, alle- lú-ia. Alle-lu-ia. Quo-




ni- am regnávit Dóminus De- us noster omní- po-tens, ¶ Alle-




lú- ia. Gaude- ámus et exsultémus et demus gló- ri- am e- i.



¶ Alle- lú-ia, alle- lú-ia. Alle-lu-ia. Qui- a vené-runt núpti-æ




Agni, ¶ Alle-lú- ia. Et u-xor e- ius præpa-rá-vit se. ¶ Alle-



lú-ia, alle- lú-ia. Alle-lu-ia. Gló-ri- a Patri et Fí- li- o, ¶ Al-




le-lú-ia. Et Spi- rí- tu- i Sancto. *R.* Alle- lú-ia, alle- lú-ia.



Alle-lu-ia. Si-cut e-rat in princí-pi- o, et nunc et semper, * *R.* Al-



le- lú- ia. Et in sæcu-la sæcu- ló- rum. Amen. *R.* Alle- lú-ia,



al-le- lú-ia. *Repetitur Antiphona.*


LECTIO BREVIS

Gaudéte in Dómino semper, íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus prope est.

Ad Magnificat, ant.

Annis A et B (p. 1200):


AG 297 (cf. OCO 372)



Vé- ni- et fór- ti- or me post me, cu-ius non sum




dignus sólve- re cor- rí- gi- am calce- amentó-rum e-ius.




C. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

Anno C (p. 1184):


MS Poissy Ant. 29^f; AJ 1:171 (cf. OCO 372)



Dómi-nus lé- gi- fer no-ster, Dómi- nus rex no-ster: i-



pse vé-ni- et et salvá- bit nos. C. Magní-fi-cat * á-nima me- a



Dómi-num.

PRECES

Christum Redemptórem, fratres caríssunum exorémus, qui venit ad salvándos hómines, eíque fidénter dicámus: *Veni, Dómine Iesu.* Christe Dómine, qui per suscep-tæ mystérium carnis notam fecísti mundo glóriam tuæ divinitátis,
— vivífica nos advéntu tuo.
tu, qui suscepísti infirmitátem nostram,
— concéde nobis misericórdiam tuam.
Qui, primo advéniens húmilis, redemísti mundum a crímine,
— secúndo advéniens, iustifica nos ab omni reátu.
Tu, qui vivis et ómnis regis,
— in bonitáte tua fac nos accédere ad ætérnam hereditátem.
Qui sedes ad déxteram Patris,
— lumine vultus tui ánimas defunctorum lætífica.
Pater noster *in tono solemni. Oratio ut ad I Vesperas, p. 396.*

FERIA II HEBDOMADÆ II

Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1

AG 156 (cf. OCO 414)

VIII b

In tu- a iusti- ti- a li-be-ra me, Domi-ne. *Ps.* In te, Dó- mine, sperávi, non confúndar in ætérnum; * in iustítia tua lí-be- ra me. [flex]

Psalmus 30: 1–17, 20–25, I

[In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum; *
in iustítia tua líbera me.]

Inclína ad me aurem **tuam**, *
accélera, ut **éruas** me.

Esto mihi in rupem **præsídii**, *
et in domum munítam, ut **salvum** me **fácias**.

Quóniam fortitúdo mea et refúgium meum **es** tu, *
et propter nomen tuum dedúces **me** et **pasces** me.

Edúces me de láqueo quem abscondérunt **mihi**, *
quóniam tu es fortitúdo **mea**.

In manus tuas comméndo spíritum **meum**; *
redemísti me, Dómine Deus **veritátis**.

Odísti observántes vanitátes **supervácuas**, *
ego autem in Dómino **sperávi**.

Exsultábo et lætábor in misericórdia **tua**, *
quóniam respexísti humilitátem **meam**;
agnovísti necessitátes **ánimæ meæ**, †
nec conclusísti me in mánibus **inimíci**; *
statuísti in loco spatióso **pedes meos**.

Ant. 2

AG 269 (OCO vacat)

II

A timo- re i-ni-mi-ci e-ri-pe, Domi-ne, a-mimam
me- am. *Ps.* Miserére mei, Dómine, quóniam tríbolor; † conturbá-
tus est in mærore óculus **me-** us, * ánima mea et venter **me-** us.

II

[Miserére mei, Dómine, quóniam tríbolor; †
conturbátus est in mærore óculus meus, *
ánima mea et venter meus.]

Quóniam defécit in dolóre vita **mea**, *
et anni mei in **gemítibus**;

infirmáta est in paupertáte virtus **mea**, *
et ossa mea **contabuérunt**.

Apud omnes inimícos meos factus sum oppróbrium, †
et vicínis meis valde, et timor notis **meis**: *
qui vidébant me foras, fugiébant **a me**.

Oblivióni a corde datus sum tamquam **mórtuus**; *
factus sum tamquam **vas pérditum**.

Quóniam audívi vituperatiónem **multórum**: *
horror in **circúitu**;

in eo dum convenírent simul **advérsus me**, *
auférre **ánimam meam consiliáti** sunt.

Ego autem in te sperávi, Dómine; †
 dixi: « Deus meus **es** tu, *
 in má nibus tuis **sortes meæ** ».
 Eripe me de manu inimicórum meórum *
 et a **persequéntibus** me;
 illústra fáciem tuam super servum **tuum**, *
 salvum me fac in misericórdia **tua**.

Ant. 3

OHS 195 (OCO vacat)

IV a

Ha- bi- ta-bit in ta-bernacu-lo tu- o; requi- e- scet in
 monte sancto tu- o. *Ps.* Quam magna multitúdo dulcédinis, tu- æ,
 Dómine, * quam abscondísti *timénti-* **bus** te. [flex]

III

[Quam magna multitúdo dulcédinis, tuæ, Dómine, *
 quam abscondísti *timéntibus* te.]
 Perfecísti eis qui *sperant in* te, *
 in conspéctu *filiorum* **hóminum**.
 Abscóndes eos in abscondito faciéi **tuæ** *
 a conturbatióne **hóminum**;
 próteges eos in *tabernáculo* *
 a contradicióne *linguárum*.
 Benedíctus **Dóminus**, *
 quoniam mirificávit misericórdiam suam
 mihi in civitáte *muníta*.
 Ego autem dixi in trepidatióne **mea**: *
 « Præcísus sum a conspéctu *oculórum tuórum* ».
 Verúmtamen exaudísti vocem oratiónis **meæ**, *
 dum *clamárem ad* te.

Diligite Dóminum, omnes sancti *eius*: †
 fídeles *consérvat* **Dóminus**, *
 et retríbuet abundánter faciéntibus **supérbiam**.
 Viríliter ágite, et confortétur cor **vestrum**, *
 omnes qui *sperátis in* **Dómino**.

VERSUS

In Adventu:

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
 ℞. Et salutáre tuum da nobis.

Post Nativitatem:

℣. Cantáte Dómino, et benedícite nómini eius.
 ℞. Annuntiáte de die in deum salutáre eius.

Post Epiphaniam:

℣. Annuntiavérunt cæli iustítiam eius.
 ℞. Et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.

Ad Laudes matutinas


PSALMODIA

Ant. 1

Processarium 259 (cf. OCO 414)

VIII b

Si-tí-vit á-nima me- a ad De- um vi-vum: quando vé-
 ni- am et appa-ré- bo an-te fá-ci- em Dómi-ni? *Ps.* Quemád-
 modum desíderat cervus ad fontes **aquárum**, * ita desíderat áni-



ma me- a *ad* te, **De-** us. [flex]

Psalmus 41

[Quemádmódum desíderat cervus ad fontes aquárum, *
ita desíderat ánima mea ad te, Deus.]

Sitívit ánima mea ad Deum, Deum **vivum**: *

quando véniam et apparébo ante fáciem **Dei**?

Fuérunt mihi lácrimæ meæ panis die ac **nocte**, *

dum dícitur mihi cotídie: « Ubi est *Deus tuus*? »

Hæc recordátus sum et effúdi in me ánimam **meam**; *

quóniam transíbam in locum tabernáculi

admirábilis usque ad *domum Dei*,

in voce exsultatiónis et confessiÓnis, *

multitúdinis festa *celebrántis*.

Quare tristis es, ánima **mea**, *

et quare conturbáris **in** me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor **illi**, *

salutáre vultus mei et *Deus meus*.

In meípso ánima mea contristáta *est*; †

proptérea memor ero **tui** *

de terra Iordánis et Hermóniim, de *monte Módico*.

Abýssus abýssum ínvocat in voce cataractárum **tuárum**; *

omnes gúrgites tui et fluctus tui super me *transiérunt*.

In die mandávit Dóminus misericórdiam *suam*, †

et nocte cánticum eius apud **me** est: *

orátio ad Deum *vítæ meæ*.

Dicam Deo: « Suscéptor meus *es*; †

quare oblítus es **mei**? *

et quare contristátus incédo, dum afflígit me *inimícus*? »

Dum confringúntur ossa *mea*, †

exprobravérunt mihi qui **tríbulant** me, *

dum dicunt mihi cotídie: « Ubi est *Deus tuus*? »

Quare tristis es, ánima **mea**, *

et quare conturbáris **in** me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor **illi**, *


salutáre vultus mei et *Deus meus*.

Ant. 2


AG 266 (cf. OCO 414)



Osténde nobis, Dómi- ne, lu- cem mi-se-ra- ti- ó- num



tu- á-rum. C. Misérére nostri, Deus ómnium, et ré- spice nos, *



et osténde nobis lucem iniseratiónum *tu- á-* rum. [flex]

Canticum

Sir 36: 1–5, 10–1

[Misérére nostri, Deus ómnium, et réspice nos, *
et osténde nobis lucem iniseratiónum tuárum,]

et immítte timórem tuum **super gentes**, *

quæ non *exquisiérunt* te,

ut cognóscant quia non est **Deus nisi** tu, *

et enárrent magnália **tua**.

Alleva manum tuam super gentes **aliénas**, *

ut vídeant poténtiam **tuam**.

Sicut enim in conspéctu eórum sanctificátus **es in nobis**, *

sic in conspéctu nostro magnificáberis *in eis*;

ut cognóscant te, sicut **et** nos *cognóvimus*, *

quóniam non est Deus præter *te*, **Dómine**.

Innova signa et immúta **mirábilia**. *

Glorífica manum et bráccium **dextrum**.

Cóngrega omnes tribus *Iacob*, †

ut cognóscant, quia non est **Deus nisi** tu, *

et enárrent magnália **tua**;

et hereditábis eos, *

sicut ab *inítio*.

Misérére plebi tuæ, super quam invocátum est **nomen tuum** *

et Israél, quem coæquásti primogénito **tu**o.

Miserére civitatí sanctificatiónis **tuæ**, *
 Ierúsalem, civitatí requíei **tuæ**.
 Reple Sion inenarrábilibus **verbis tuis**, *
 et glória tua **pópulum tuum**.

Ant. 3

PM 24 (OCO 414)

eius annúntiat *firmamén*-tum. Dies diéi e-rúctat *ver*-bum. [flex]

Psalmus 18A

[Cæli enárrant glóriam Dei, *
 † et ópera mánuum eius annúntiat *firmaméntum*.
 Dies diéi *erúctat verbum*, *]
 et nox nocti *índicat sciéntiam*.
 Non sunt loquélæ *neque sermónes*, *
 quorum non *intellegántur voces*.
 In omnem terram exívit *sonus eórum*, *
 et in fines orbis terræ *verba eórum*.
 Soli pósuit tabernáculum in *eis*, †
 et ipse tamquam sponsus procedens de *thálamo suo*, *
 exsultávit ut gigas ad eurréndam *viam*.
 A fínibus cælórum egressio *eius*, †
 et occúrsus eius usque ad *fines eórum*, *
 nec est quod abscondátur a *calóre eius*.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

*Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21;
 tempus Nativitatis, p. 92, 111, vel tempus Epiphaniæ, p. 221, 242.*

Psalmus 118: 41–48 (Vau)

[Et véniat super me misericórdia tua, Dómine, *
 salutáre tuum secúndum elóquium tuum.]
 Et respondébo exprobrántibus **mihi verbum**, *
 quia sperávi in **sermónibus tuis**.
 Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis **usquequáque**, *
 quia in iudíciis tuis **supersperávi**.
 Et custódiam legem **tuam semper**, *
 in **sæculum** et in **sæculum sæculi**.
 Et ambulábo **in latitúdine**, *
 quia mandáta tua **exquisívi**.
 Et loquar de testimoniis tuis in conspéctu **regum**, *
 et **non confúndar**.
 Et delectábor in **præcéptis tuis**, *
quæ diléxi.
 Et levábo manus meas ad **præcépta tua, quæ diléxi**; *
 et exercébor in **iustificatióne tuis**.

Psalmus 39: 2–14, 17–18 (I)

Exspéctans exspectávi Dóminum, *
 et inténdit mihi.
 Et exaudivit clamórem **meum**, *
 et edúxit me de lacu misériæ et de *luto fæcis*;
 et stáuit super petram pedes **meos**, *
 et firmávit *gressus meos*.
 Et immísit in os meum' cánticum **novum**, *
 carmen *Deo nostro*.
 Vidébunt multi et **timébunt**, *
 et sperábunt in **Dómino**.
 Beátus vir qui pósuit Dóminum spem **suam**, *
 et non respéxit supérbos et declinántes *in mendácium*.
 Multa fecísti tu, Dómine Deus meus, mirabília *tua*, †
 et cogitatiónes tuas pro **nobis**; *
 non est qui *símilis* sit **tibi**.
 Si nuntiáre et éloqui **volúero**, *
 multiplicabúntur *super* **númerum**.
 Sacrificium et oblatiõem nolúisti, *
 aures autem *fodísti mihi*.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti, *
 tunc dixi: « *Ecce vénio.*
 In volúmine libri scriptum est **de** me *
 fácere voluntátem **tuam.**
 Deus meus, **vólui,** *
 et lex tua in præcórdiis **meis** ».

II


Annuntiávi iustítiam tuam in ecclésia magna; *
 ecce lábia mea non prohibébo, Dómine, tu scisti.
 Iustítiam tuam non abscóndi in corde **meo,** *
 veritátem tuam et salutáre tuum **dixi.**
 Non abscóndi misericórdiam **tuam** *
 ét veritátem tuam ab ecclésia **magna.**
 Tu autem, Dómine, ne prohíbeas miseratiónes tuas **a** me; *
 misericórdia tua et véritas tua semper suscípíant me.
 Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus, †
 comprehendérunt me iniquitátes **meæ,** *
 et non pótui **vidére.**
 Multiplicátæ sunt super capillos cápitis **mei,** *
 et cor meum **derelíquit** me.
 Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me; *
 Dómine, ad adiuvándum me **festína.**
 Exsúltent et læténtur in te omnes quæréntes te, *
 et dicant semper: « Magnificétur Dóminus »
 qui díligunt salutáre **tuum.**
 Ego autem egénus et **pauper** sum; *
 Dóminus sollícitus **est mei.**
 Adiútor meus et liberátor meus **tu** es; *
 Deus meus, ne **tardáveris.**

Ad Vesperas


PSALMODIA


Ant. 1

AJ 1: 62, cf. Poissy MS, fo. 60^f (cf. OCO 415)

VI 

E-ructá-vit cor me- um verbum bonum. di-co e-go



ópe-ra **me-** a **re-** gi. * Lingua mea cálamus scribæ **velóci-ter**

 scribén- tis. [flex]

Psalmus 44

[Eructávit cor meum verbum **bonum,** †
 dico ego ópera **mea regi.** *
 Lingua mea cálamus scribæ **velóciter scribéntis.]**
 Speciósus forma es præ fíliis **hóminum,** †
 diffúsa est grátia in **lábiis tuis,** *
 proptérea benedíxit te Deus **in ætérnum.**
 Accíngere gládio tuo super femur tuum, **potentíssime;** *
 splendóre tuo et ornátu tuo **prósperè** procéde;
 currum ascénde propter veritátem et mansuetúdinem **et**
 iustítiam. *
 Et sagittábit pro te mirabíliter **déxtera tua:**
 sagittæ tuæ **acútæ** †
 —Pópuli **sub** te **cadent**— *
 in corda inimicórum **regis.**
 Sedes tua, Deus, in **sæculum sæculi;** *
 sceptrum æquitátis sceptrum **regni tui.**
 Dilexisti iustítiam et odísti iniquitátem, †
 proptérea unxit te Deus, **Deus tuus,** *
 óleo lætitiae præ consórtibus **tuis.**
 Myrrha et áloe et cásia ómnia vestiménta **tua,** *
 e dómibus ebúrneis chordæ **delectavérunt** te.
 Fíliæ regum inter honorátas **tuas;** *
 ástitit regína a dextris tuis ornáta **auro** ex **Ophir**

Ant. 2

PM 105 (OCO 415)

VI

Confi- tebúntur ti-bi póp- u- li, De- us, in æ-térnum

Ps. Audi, filia, et vi-*de*, † et inclína **au-rém tu-** am, * et obli-
vís- cere pópulum tuum et domum *pa-tris tu-* i.

II

[Audi, filia, et vide, †
et inclína aurém tuam, *
et oblivíscere pópulum tuum et domum patris tui;]
quóniam ipse est dóminus tuus, et adóra eum.
Fíliæ Tyri cum munéribus; *
vultum tuum deprecabúntur dívites plebis.
Gloriósá nimis fíliá regis intrínsecus, *
textúris áureis circumamícta.
In véstibus variegátis adducétur regi; *
vírgines post cam, próximæ eius, afferúntur tibi.
Afferúntur in lætítia et exsultatióne, *
adducúntur in domum regis.
Pro pátribus tuis erunt tibi fílii; *
constítues eos príncipes super omnem terram.
Mernor ero nóminis tui *
in omni generatióne et generatióne;
proptérea pópuli confitebúntur tibi *
in ætérnum et in sáeculum sáeculi.

Ant. 3

AG 854 (cf. OCO 411)

VIII a

Be- á-ti qui lavant sto-las su-as in SÁNGUI-ne Agni.

C. Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Chri-** sti, * qui
benedíxit nos in omni benedictiÓne spirítali in cælésti-bus in
Chri- sto. [flex]

Canticum

Eph 1: 3–10

[Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Christi**, *
qui benedíxit nos in omni benedictiÓne spirítali
in cæléstibus in **Christo**;
sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutiÓnem, †
ut essémus sancti et immaculáti *
in conspéctu eius in *caritáte*,
qui prædestinávit nos in adoptiÓnem filiÓrum †
per Iesum Christum in **ipsum**, *
secúndum propósitum voluntátis **suæ**,
in laudem glóriæ grátiae **suæ**, *
in qua gratificávit nos in dilécto *Fílio suo*,
in quo habémus redemptiÓnem per sánguinem **eius**, *
remissiÓnem *peccatórum*.
Secúndum divítias grátiae *eius*, †
quæ superabundávit in **nobis** *
in omni sapientia *et prudéntia*;

ut notum fáceret nobis sacraméntum voluntátis **suæ**, *
 secúndum beneplácitum **eius**,
 quod propósuit in **eo**, *
 in dispensatióne plenitúdinis **témporum**,
 instauráre ómnia in **Christo**, *
 quæ in cælis et *quæ* in **terra** sunt.

FERIA III HEBDOMADÆ II

Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1

Poissy MS, fo. 58^r, cf. AJ 1: 61 (cf. OCO 415)

ma-lignántibus, * neque zeláveris faciéntes iniqui-tá- tem. [flex]

Psalmus 36, I


[Noli æmulári in malignántibus, *
 neque zeláveris faciéntes iniquitátem.]
 Quóniam tamquam fenum velóciter **aréscent**, *
 et quemádmódum herba *virens* **décident**.
 Spera in Dómino et **fac** bonitátem, *
 et inhabitábis terram et pascéris in **fide**.
 Delectáre in **Dómino**, *
 et dabit tibi petitiónes *cordis tui*.
 Commítte Dómino viam tuam et **spera** in **eo**, *
 et *ipse* **fáci**et;
 et edúcet quasi lumen iustítiam **tuam**, *
 et iudícium tuum tamquam *merídiem*.
 Quiesce in Dómino et exspécta *eum*;
 noli æmulári in eo qui prosperátur in **via sua**, *
 in hómine qui molítur *insídias*.
 Désine ab ira et derelínque **furórem**, *
 noli æmulári, quod *vertit* ad **malum**.
 Quóniam qui malignántur **exterminabúntur**, *
 sustinéntes autem Dóminum ipsi *hereditábunt* **terram**.
 Et adhuc pusíllum et non **erit peccátor**, *
 et quæres locum eius et *non* **invénies**.

Mansuēti autem hereditābunt **terram**, *
et delectabūntur in multitudine **pacis**.

Ant. 2

AN 29 (OCO vacat)

IV b



Brácchi- a pecca-tó-rum conte-réntur, confir-mat autem
iu-stos Dómi-nus. *Ps.* Insi-diábitur peccátor **iu**-sto, * et stridébit
super eum *déntibus* **su**- is. [flex]

II


[Insi-diábitur peccátor iusto, *
et stridébit super eum déntibus suis.]
Dóminus autem irridébit eum, *
quóniam próspicit quod véniet dies eius.
Gládium evaginavérunt **peccatóres**, *
intendérunt arcum **suum**,
ut deíciant páuperem et **ínopem**, *
ut trucídent recte ambulántes in **via**.
Gládium eórum intret in corda **ipsórum**, *
et arcus eórum confringátur.
Mélius est módicum **iusto** *
super divítias peccatórum **multas**;
quóniam bráccchia peccatórum **conteréntur**, *
confir-mat autem iustos **Dóminus**.
Novit Dóminus dies immaculatórum, *
et heréditas eórum in *ætérnum* erit.
Non confundéntur in *témpore* **malo**, *
et in diébus famis **saturabúntur**.

Quia peccatóres *períbunt*,
inimíci vero Dómini ut decor campórum **defíciant**, *
quemádmódu-m *fumus* **defíciant**.
Mutuá-tur peccátor *et* non **solvet**, *
iustus autem miserétur *et* **tríbu-et**
Quia benedícti eius hereditābunt **terram**, *
maledícti autem eius **exterminabúntur**.
A Dómino gressus hóminis **confirmantur**, *
et *viam* eius **volet**.
Cum cecíderit non **collidétur**, *
quia Dóminus *susténtat* manum eius.
Iúnior fui, *et* **sénui**,
et non vidi iustum **derelíctum**, *
nec semen *eius* quærens **panem**.
Tota die miserétur *et* **cómmodat**, *
et semen illíus in *benedicti-óne* erit.
Declína a malo *et* fac **bonum**, *
et inhabitábis in *sáeculum* **sáeculi**.
Quia Dóminus *amat* iudícium, *
et non derelínquet sanctos **suos**.
Iniústi in *ætérnum* **disperíbunt**, *
et semen impiórum **exterminábitur**.
Iusti autem hereditābunt **terram**, *
et inhabitábunt in *sáeculum* *sáeculi* super **eam**.

Ant. 3

AN 30 (OCO vacat)

VIII a



Custó-di inno-cénti-am, *et* vi-de æ-qui-ta-tem. *Ps.* Os
iusti meditábitur sapi-énti-am, * *et* lingua eius loquétur iudíci-
um. [flex]

III

[Os iusti meditabitur sapiéntiam, *
 et lingua eius loquetur iudícium;]
 lex Dei eius in corde **ipsíus**, *
 et non vacillábunt *gressus eius*.
 Considerat peccátor **iustus**, *
 et quærit mortificáre eum;
 Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus eius, *
 nec damnábit eum, cum iudicábitur **illi**.
 Exspécta Dóminum et custódi viam eius,
 et exaltábit te ut hereditáte cápias **terram**; *
 cum exterminabúntur peccatóres, **vidébis**.
 Vidi ímpium superexaltátum, *
 et elevátum sicut *cedrum viréntem*;
 et transívi, et ecce non erat, *
 et quæsívi eum, et non *est invéntus*.
 Obsérva innocéntem, et vide **rectum**, *
 quóniam est postéritas *hómni pacífico*.
 Iniústi autem disperíbunt **simul**, *
 postéritas impiórum **exterminábitur**.
 Salus autem iustórum a **Dómino**, *
 et protéctor eórum in témpore tribulatiónis.
 Et adiuvábit eos Dóminus et liberábit eos,
 et éruet eos a peccatóribus et salvábit eos, *
 quia speravérunt in eo.

VERSUS

In Adventu:

℣. Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini.
 ℞. Rectas fácite sémitas Dei nostri.

Post Nativitatem:

℣. Fílius Dei venit, et dedit nobis sensum.
 ℞. Ut cognoscámus verum Deum.

Post Epiphaniam:

℣. Lauda, Ierúsalem, Dóminum.
 ℞. Qui emíttit elóquium suum in terra.

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1


AG 172 (cf. OCO 415)

VI
 Sa-lu-tá-re vultus me- i, De- us me- us. *Ps.* Iú-dica me,
 De- us, et discérne causam meam de **gente non sancta**; * ab hó-
 mine iníquo et dolóso **é-ru- e** me.


Psalmus 42

[Iúdica me, Deus,
 et discérne causam meam de gente non sancta; *
 ab hómine iníquo et dolóso éru e me.]
 Quia tu es Deus refúgii mei;
 quare **me reppulísti**, *
 et quare tristis incédo, dum afflígit me *inimícus*?
 Emítte lucem tuam et veritátem **tuam**; *
 ipsa me dedúcant et addúcant
 in montem sanctum tuum et in tabernácula **tua**.
 Et introibo ad altáre Dei,
 ad Deum lætítiæ exsultatiónis **meæ**. *
 Confitébor tibi in cithara, Deus, *Deus meus*.
 Quare tristis es, **ánima mea**, *
 et quare conturbáris **in** me?
 Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor **illi**, *
 salutáre vultus mei et *Deus meus*.


Ant. 2

AJ 1: 63, cf. Poissy MS, fo. 61^r (cf. OCO 415)

Cunctis di- é-bus vi- tæ nostræ salvos nos fac, Dómi-ne.



C. Ego dixi: In dimídio di- érum me- ó- rum * vadam ad portas



ínfe-ri. [flex]

Canticum

Is 38:10 14, 17 20

[Ego dixi: « In dimídio diérum meórum *
vadam ad portas ínferi; »]

quæsívi resíduum annorum meórum. *

Dixi: « Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium,
non aspiciam **hóminem ultra** *
et habitatórem *quiétis* ».

Generátio mea abláta est et convolúta est a me *

quasi tabernáculum *pastórum*;
præcísá est velut a texénte vita mea:dum adhuc **ordírer**, succídít me. *De mane usque ad vésperam *fínies* me.

Sperábam usque ad mane,


quasi leo sic contrívít ómnia **ossa mea**; *de mane usque ad vésperam *fínies* me.Sicut pullus hirúndinis **sic** clamábo, *meditábor ut **colúmba**;attenuáti sunt **óculi mei**, *suspiciéntes in *excélsu*m.Tu autem eruísti ánimam meam ut **non períret**; *proiecísti post tergum tuum ómnia peccáta **mea**.

Quia non inférnus confitébitur tibi,


neque **mors** laudábit te, *non exspectábunt, qui descéndunt in lacum,
veritátem **tuam**.Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego **hódie**; *
pater fíliis notam fáciét veritátem **tuam**.Dómine, salvum me *fac*,et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus **vítæ nostræ** *
in *domo* **Dómini**.

Ant. 3

AG 194 (cf. OCO 415)



Te de- cet hymnus, De- us, in Si- on. Ps. et tibi reddétur

votum *in Ierúsa-lem*. Qui audis orati- ó- nem. [flex]

Psalmus 64

[Te decet hymnus, Deus, in Sion; *
et tibi reddétur votum in Ierúsalem.

Qui audis oratiónem, *]

ad te omnis caro véniet propter *iniquitátem*.Etsi prævaluérunt super nos impietátes **nostræ**, *

tu propitiáberis eis.

Beátus quem elegísti et assumpsísti, *

inhabitábit in *átriis tuis*.Replébimur bonis **domus tuæ**, *sanctitáte *templi tui*.Mirábiliter in æquitáte exáudies nos, Deus **salútis nostræ**, *spes ómnium fínium terræ et *maris longínqui*.Firmans montes in virtúte **tua**, *accíntus *poténtia*.Compéscens sónitum maris, sónitum flúctuum **eius** *
et tumúltum *populórum*.Et tímébunt qui hábitant términos terræ a signis **tuis**; *
éxitus oriéntis et occidéntis *delectábis*.

Visitásti terram, et inebriásti **eam**; *
multiplicásti locupletáre **eam**.
Flumen Dei replétum est *aquis*;
parásti fruménta illórum, *
quóniam ita parásti **eam**.
Sulcos eius írrigans, glebas eius complánans; *
ímbribus emóllis **eam**, benedícis *gérmini eius*.
Coronásti annum benignitáte **tua**, *
et vestígia tua stillábunt pinguédinem.
Stillábunt páscua *desérti*, *
et exsultatióne colles *accingéntur*.
Indúta sunt óvibus *prata*,
et valles abundábunt fruménto; *
clamábunt, étenim *hymnum dicent*.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

*Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21;
tempus Nativitatis, p. 92, 111, vel tempus Epiphaniæ, p. 221, 242.*

Psalmus 118: 49–56 (Zain)

[Memor esto verbi tui servo tuo, *
in quo mihi spem dedísti.]
Hoc me consolátum est in humiliatióne **mea**, *
quia elóquium tuum *vivificávit me*.
Supérbi derisérunt me *veheménter*; *
a lege autem tua **non declinávi**.
Memor fui iudiciórura tuórum a *sæculo*, **Dómine**, *
et **consolátus** sum.
Indignátio **tenuit** me *
propter peccatóres derelinquéntes **legem tuam**.
Cántica factæ sunt mihi iustificatiónes **tuæ** *
in loco peregrinatiónis **meæ**.
Memor fui nocte nórninis tui, **Dómine**, *
et custódiám **legem tuam**.
Hoc factum est **mihi**, *
quia mandáta **tua servávi**.

Psalmus 52

Dixit insípiens in corde suo: « Non est Deus ». †
Corrúpti sunt, et abominatiónes operáti sunt; *
non est qui fáciat bonum.
Deus de cælo prospéxit super filios **hóminum**, *
ut vídeat si est intéllegens aut *requírens Deum*.
Omnes declinavérunt, simul corrúpti **facti** sunt; *
non est qui fáciat bonum, non est *usque ad unum*.
Nonne scient omnes qui operántur *iniquitátem*, *
qui dévorant plebem meam ut *cibum panis*?
Deum non invocavérunt; *
illic trepidavérunt timóre, et non *erat timor*.
Quóniam Deus dissipávit ossa eórum qui te *obsidébant*, *
confúsi sunt, quóniam Deus *sprevit eos*.
Quis dabit ex Sion salutáre *Israël*? †
Cum convérterit Deus captivitátem plebis **suæ**, *
exsultábit Iacob et lætábitur **Israël**.

Psalmus 53: 1–6, 8–9

Deus, in nómine tuo salvum me fac, *
et in virtúte tua iúdica me.
Deus, exáudi oratióne **meam**, *
áuribus pércipe verba *oris mei*.
Quóniam supérbi insurrexérunt advérsum *me*, †
et fortes quæsiérunt, ánimam **meam**, *
et non proposuérunt Deum ante *conspéctum suum*.
Ecce enim Deus *ádiuvat me*, *
et Dóminus suscéptor est *ánimæ meæ*.
Voluntárie sacrificábo **tibi**, *
confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam **bonum est**;
quóniam ex omni tribulatióne erípuit *me*, *
et super inimícos meos despéxit *óculus meus*.

Ad Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1

Poissy Ant., fo. 58^v; cf. AJ 1:62 (cf. OCO 415)

VIII b

Au-ri-bus percí-pi-te, qui ha-bi-tá-tis orbem. *Ps.* Au-
 dí-te hæc, omnes **gen**-tes, * áuribus percípite, omnes qui habi-tá-
 tis **or**-bem. [flex]

Psalmus 49 (I)

[Audíte hæc, omnes **gentes**, *
 áuribus percípite, omnes qui *habitátis orbem*.]
 Quique húmiles et viri **nóbiles**, *
 simul in unum *dives* et **pauper**.
 Os meum loquétur *sapiéntiam*, *
 et meditátio cordis mei *prudéntiam*.
 Inclinábo in parábolam aurem **meam**, *
 apériam in psaltério *ænigma meum*.
 Cur tímébo in diébus **malis**, *
 cum iníquitas supplantántium *circúmdabit* me?
 Qui confídunt in virtúte **sua**, *
 et in multitudíne divitiárum suárum *gloriántur*.
 Etenim seípsum non rédirnet **homo**; *
 non dabit Deo propitiatióne[m] **suam**.
 Nímius est pretíum redemptiόνis ánimæ *eius*: †
 ad últimum **deficiet**, *
 ut vivat usque in finem, nec *videat intéritum*.

Et vidébit sapiéntes moriéntes; †
 simul insípiens et stultus **perí**bunt, *
 et relínquent aliénis *divítias suas*.
 Sepúlcrá eórum domus illórum in *ætérnum*; †
 tabernácula eórum in progéníem et progéníem, *
 etsi vocavérunt nominibus suis *terras suas*.
 Et homo, cum sit in honóre, non permanébit; †
 comparátus est iumentis quæ **péreunt**, *
 et símilis factus est **illis**.

Ant. 2

AG 411 (cf. OCO 415)

IV b

Thesauri-zá-te vobis thesáuros in cæl-o: u-bi nec æ-
 rú-go, nec tíne-a demo-lí-tur. *Ps.* Hæc vi-a illórum quorum
 fidúcia in *seme-típ*-sis, * et finis eórum qui cómplacent *in o-re*
 su- o. [flex]

II

[Hæc via illórum quorum fidúcia in *semetípsis*, *
 et finis eórum qui cómplacent *in ore suo*.]
 Sicut oves in inférno *póstiti* sunt, *
 mors *depáscet* eos;
 descéndent præcípites ad sepúlcrum, †
 et figúra eórum erit in *consumpti*ónem: *
 inférnus habitáculum eórum.

Verúm tamen Deus rédimet *ánimam meam*, *
 de manu inferi vere *suscípiet* me.
 Ne timúeris, cum dives factus fúerit *homo*, *
 et cum multiplicáta fúerit glória domus *eius*.
 Quóniam cum interíerit, non *sumet ómnia*, *
 neque descéndet cum eo glória *eius*.
 Cum *ánimæ suæ* in vita ipsíus *benedíxerit*: *
 « Laudábunt te, quod *benefecisti tibi* »;
 tamen introíbit ad progéniam *patrum suórum*, *
 qui in ætérnum non *vidébunt lumen*.
 Homo, cum in honóre esset, non *intelléxit*; †
 comparátus est *iumentis* quæ *péreunt*, *
 et símilis *factus est illis*.

Ant. 3

AG 1009 (cf. OCO 411)

VIII a

Re-demí-sti nos, Dómine De- us, in sán-gui-ne tu- o

ex omni tri- bu et lingua, et pó-pu-lo et na-ti- ó- ne:

et fe-cí-sti nos De- o nostro regnum. C. Dignus es, Dómine

De- us **nos-ter**, * accíperet glóriam et honórem *et virtú-* tem. [flex]

Canticum

cf. Ap 4, 5

[Dignus es, Dómine Deus **noster**, *
 accíperet glóriam et honórem *et virtútem*;
 quia tu creásti **ómnia**, *
 et propter voluntátem tuam erant *et creáta* sunt.]

Dignus es, Dómine, accíperet **librum** *
 et aperíre *signácula eius*,
 quóniam occísus *es* †
 et redemísti nos Deo in sán-guine **tuo** *
 ex omni tribu et lingua et pópulo *et natióne*,
 et fecísti nos Deo nostro regnum et sacer**dótes**, *
 et regnábimus *super terram*.
 Dignus est Agnus, qui occísus *est*, †
 accíperet virtútem et divinitátem et sapi**éntiam** *
 et fortitúdinem et honórem et glóriam et *benedictiónem*.

FERIA IV HEBDOMADÆ II

Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: 62, cf. Poissy MS, fo. 60^r (cf. OCO 415)

I c

Ut non de- línquam in lingua me- a. *Ps. Dixi: Custódi-*

am vi- as me- as, * ut non delínquam in lingua me- a.

Psalmus 38, I

[Dixi: « Custódiam vias meas, *
ut non delínquam in lingua mea;]
ponam ori **meo** custódiam, *
donec consístit peccátor advérsus me ».]
Tacens obmútui, et sílvi absque **ullo bono**, *
et dolor meus *renovátus* est.
Concáluit cor **meum** *intra* me, *
et in meditatióne mea *exársit* ignis.
Locútus sum in **lingua mea**: *
« Notum fac mihi, Dómine, *finem meum*;
et número diérum meórum **quis** est, *
ut sciam, quam brevis sit *vita mea* ».
Ecce paucórum palmórum fecísti **dies meos**, *
et spátium vitæ meæ tamquam *níhilum* ante te.
Etenim univérsa vánitas, omnis homo **constitútus** est. *
Etenim ut imágo *pertránsit* homo.
Etenim vánitas est, **et concitátur**; *
thesaurízat, et ignórat quis congregábit ea.

Ant. 2 AN 34 (OCO vacat)

VIII b

Amóve, Dómi-ne, a me pla- gas tu- as. *Ps. Et nunc quæ*
est exspectátió mea, **Dómine**? * Spes mea apud te est. [flex]

II

[Et nunc quæ est exspectátió mea, Dómine? *

Spes mea apud te est.]

Ab ómnibus iniquitátibus meis érué me, *

oppróbrium insipiénti ne **ponas** me.Obmútui et non apériam os **meum**, *quóniam *tu fecísti*.Amove a me plagas **tuas**: *ab ictu manus tuæ *ego deféci*.In increpatiónibus, propter iniquitátem, corripuísti **hóminem**,et tabéscere fecísti sicut tínea desiderabília **eius**. *Etenim vánitas *omnis* **homo**.Exáudi oratióne meam, **Dómine**, *et clamórem meum *áuribus* **pércipe**.

Ad lácrimas meas ne obsurdéscas;


quóniam ádvena ego sum apud te, *

peregrínus sicut omnes *patres* **mei**.Avértere a me, ut **refrígere**; *priúsqvam ábeam et *non* sim **ámplius**.


Ant. 3 AG 395 (cf. OCO 415)

VIII a

Confí- té- bor ti- bi, Dómi-ne, quóni- am exaudí- sti



me. *Ps.* Quid gloriáris in ma-lí-ti- a, * qui potens es i-niquitá- te?



[flex]

Psalmus 51

[Quid gloriáris in malítia, *

qui potens es iniquitáte?]

Tota die insídias cogitásti; *

lingua tua sicut novácula acúta, qui *facis dolum.*

Dilexísti malítiam super benignitátem,

mendácium magis quam loqui æquitátem. *

Dilexísti ómnia verba perditiónis, lingua dolósa.

Propterea Deus déstruet te in *finem;*

evélet te, et emigrábit te de tabernáculo, *

et radícem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt iusti et timébunt, *

et super *eum ridébunt:*

« Ecce homo qui non pósuit Deum refúgium suum,

sed sperávit in multitúdine divitiárum suárum, *

et præváluit in insídiis suis ».

Ego autem sicut virens olíva in domo Dei.

Sperávi in misericórdia Dei *

in ætérnum et in sáeculum sáeculi.

Confitébor tibi in sáeculum, quia fecísti;

et exspectábo nomen tuum, quóniam bonum est, *

in conspéctu sanctorum tuórum.

VERSUS

In Adventu:

℣. Dómine Deus noster, convérte nos.

℟. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Post Nativitatem:

℣. In ipso vita erat.

℟. Et vita erat lux hóminum.

Post Epiphaniam:

℣. Dóminus vias suas docébat nos.


℟. Et ambulábit in sémitis eius.

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA


Ant. 1

PM 177 (OCO 415)




VIII a

De- us, in sancto vi- a tu- a; quis De- us ma- g- nus



sic- ut De- us noster? *Ps.* Voce mea ad Dóminum clamá- vi; *



voce mea ad Deum, et inténdit mi- hi. [flex]

Psalmus 76

[Voce mea ad Dóminum clamávi; *

voce mea ad Deum, et inténdit mihi.]

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi,

manus meæ nocte expánsæ sunt, *

et non *fatigántur.*

Rénuit consolári ánima mea;

memor sum Dei, et ingemísco, *

exérceor, et déficit spíritus meus.

Vígiles tenuísti pálpebras óculi mei, *

turbátus sum et non *sum locútus.*

Cogitávi dies **antí**quos, *
 et annos ætérnos in *mente* **há**bui.
 Meditátus sum nocte cum *corde* **meo**, *
 et exercitábar, et scopébat *spíritus* **meus**.
 Numquid in ætérnum próciet **Deus**, *
 aut non appónet, ut complacítior sit **adhuc**?
 Aut defíciet in finem misericórdia **sua**, *
 cessábit verbum a generatióne in generatióne?
 Aut obliviscétur miseréri **Deus**, *
 aut continébit in ira sua misericórdias **suas**?
 Et dixi: « Hoc vulnus **meum**, *
 mutátio *déxteræ* **Excélsi** ».
 Memor ero óperum **Dómini**, *
 memor ero ab inítio mirabílium tuórum.
 Et meditábor in ómnibus opéribus **tuis**, *
 et in adinventiúnibus tuis *exercé*bor.
 Deus, in sancto via **tua**; *
 quis deus magnus sicut *Deus* **noster**?
 Tu es Deus qui facis mirabília, *
 notam fecísti in pópulis *virtútem* **tuam**.
 Redemísti in bráccchio tuo pópulum **tuum**, *
 filios *Iacob* et **Ioseph**.
 Vidérunt te aquæ, *Deus*,
 vidérunt te aquæ, et dóluerunt; *
 étenim commótæ *sunt* **abýssi**.
 Effudérunt aquas *núbila*,
 vocem dedérunt **nubes**, *
 étenim sagíttæ *tuæ* **trán**seunt.
 Vox tonítrui tui in *rota*;
 illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi **terræ**, *
 commóta est et contrémuit **terra**.
 In mari via tua, et sémitæ tuæ in aquis **multis**; *
 et vestígia tua non *cognoscúntur*.
 Deduxísti sicut oves pópulum **tuum** *
 in manu *Móysi* et **Aaron**.

Ant. 2

AG Add. 13** (cf. OCO 415)

I a

Ex-sul- tá- vit cor me- um in Dómi- no, et ex- al-
 tá- tum est cor- nu me- um in De- o me- o, qui- a læ- tá-
 ta sum in sa-lu- tá- ri tu- o. C. Exsultávit cor me- um in
 Dómino, * et exaltátum est cornu meum in De- o me- o. [flex]

Canticum

1 Reg 2: 1 10

[Exsultávit cor meum in Dómino, *
 et exaltátum est cornu meum in Deo meo;]
 dilatátum est os meum super inimícos **meos**, *
 quia lætáta sum in salutári **tu**o.
 Non est sanctus, ut est *Dóminus*,
 neque enim est **á**lius **extra** te, *
 et non est fortis sicut *Deus* **noster**.
 Nolíte multiplicáre **loqui** sublímia, *
gloriántes;
 recédant vétera de ore *vestro*:
 quia Deus scientiárum **Dóminus** est, *
 et ipsi præparántur cogitatiónes.
 Arcus fórtium **superátus** est, *
 et infirmi accíncti sunt **róbore**;
 repléti prius pro pánibus **se** locavérunt, *
 et famélici *saturáti* sunt;
 donec stérilis **péperit plúrimos**, *
 et quæ multos habébat filios, *infirmáta* est.

Dóminus mortificat **et** vivificat, *
 dedúcit ad ínferos *et* **redú**cit;
 Dóminus páuperem **facit** et **dit**at, *
 humíliat et **sú**blevat.
 Súscitat de púlvere **egé**num, *
 et de stércore *é*levat **pá**uperem,
 ut sédeat **cum** princípibus, *
 et sólium glóriæ **té**neat.
 Dómini enim sunt **cardines** terræ, *
 et pósuit super eos **orbem**.
 Pedes sanctórum suórum servábit,
 et ímpii in ténebris **conticé**scent, *
 quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.
 Dóminum formidábunt adversáarii eius, *
 et super ipsos in cælis tonábit.
 Dóminus iudicábit fines terræ,
 et dabit impérium **regi suo**, *
 et sublimábit cornu *Christi sui*.

Ant. 3

AG 193 (cf. OCO 415)

Dómi-nus regná- vit, exsúl-tet terra. *Ps.* læténtur ínsulæ

mul- tæ. Nubes et calígo in circú- i-tu e- ius. [flex]

Psalmus 96

[Dóminus regnávít, exsúltet terra, *
 læténtur ínsulæ multæ.
 Nubes et calígo in circúitu eius, *]
 iustítia et iudícium firmaméntum *sedis eius*.
 Ignis ante ípsum præcédet, *
 et inflammábit in circúitu inimícos eius.
 Illustrárunť fúlgura eius **orbem terræ**: *
 vidit et contrémuit terra.

Montes sicut cera fluxérunt a **facie Dómini**, *
 a facie Dómini *omnis terra*.
 Annuntiavérunt cæli iustítiam eius, *
 et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.
 Confundántur omnes qui adórant sculptília,
 et qui gloriántur in simulácris suis. *
 Adórent eum omnes ángeli eius.
 Audívit et lætáta est Sion,
 et exsultavérunt **filia Iudæ** *
 propter iudícia tua, **Dómine**.
 Quóniam tu Dóminus, altíssimus super **omnem terram**, *
 nimis exaltátus es super omnes **deos**.
 Qui dilígitis Dóminum, odíte *malum*;
 custódit ipse ánimas sanctórum suórum, *
 de manu peccatóris liberábit eos.
 Lux orta est **iusto**, *
 et rectis corde lætítia.
 Lætámini, **iusti**, in **Dómino**, *
 et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

*Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21;
 tempus Nativitatis, p. 92, 111, vel tempus Epiphaniæ, p. 221, 242.*

Psalmus 118: 57–64 (Heth)

[Pórtio mea Dóminus: *
 dixi custodíre verba tua.]
 Deprecátus sum faciém tuam in toto corde **meo**; *
 miserére mei secúndum elóquium **tuum**.
 Cogitávi vias **meas**, *
 et convérte pedes meos in testimónia **tua**.
 Festinávi et non sum morátus, *
 ut custódiam præcépta **tua**.
 Funes peccatórum circumpléxi **sunt me**, *
 et legem tuam non *sum* oblítus.
 Média nocte surgébam ad confiténdum **tibi** *
 super iudícia iustítiae **tuæ**.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te *
 et custodiéntium mandáta tua.
 Misericórdia tua, Dómine, plena est terra; *
 iustificatiónes tuas doce me.

Psalmus 54: 2–15, 17–24 (I)

Auribus pécipe, Deus, oratióem meam, †
 et ne abscondáris a deprecatióne mea, *
 inténde mihi et exáudi me.
 Excússus sum in meditatióne mea, et conturbátus sum *
 a voce inimíci et a tribulatióne peccatóris.
 Quóniam devolvérunt in me iniquitátem, *
 et in ira molésti erant mihi.
 Cor meum torquétur intra me, *
 et formído mortis cécidit super me.
 Timor et tremor venérunt super me, *
 et contéxit me pavor.
 Et dixi: « Quis dabit mihi pennas sicut colúmbæ, *
 et volábo et requiéscam?
 Ecce elongábo fúgiens, *
 et manébo in solitúdine ».
 Exspectábo eum qui salvum me fáciat, *
 a spíritu procéllæ et tempestáte.
 Díssipa, Dómine, dívide linguas eórum, *
 quóniam vidí violéntiam et contentiónem in civitáte.
 Die ac nocte circúmeunt eam super muros eius, †
 iníquitas et labor et insídiæ in médio eius; *
 et non defécit de platéis eius frauduléntia et dolus.

II

Quóniam, si inimícus meus maledixísset mihi, *
 sustinuíssem útique;
 et si is qui óderat me super me magnificátus fuísset, *
 abscondíssem me fórsitan ab eo.
 Tu vero, homo coæquális meus, *
 familiáris meus et notus meus,
 qui simul habúimus dulce consórtium: *
 in domo Dei ambulávimus in concúrsu.
 Ego autem ad Deum clamábo, *

et Dóminus salvábit me.
 Véspere et mane et merídie meditábor et ingemíscam, *
 et exáudiet vocem meam.
 Rédimet in pace ánimam meam ab his qui impúgnant me, *
 quóniam in multis sunt advérsus me.
 Exáudiet Deus, et humiliábit illos, *
 qui est ante sæcula.
 Non enim est illis pactum, *
 et non timuérunt Deum.
 Exténdit manum suam in sócios; *
 contaminávit fædus suum.
 Lene super butýrum est os eius, *
 pugna autem cor illíus:
 mollíti sunt sermónes eius super óleum, *
 et ipsi sunt gládii destrícti.
 Iacta super Dóminum curam tuam, †
 et ipse te enútriet; *
 non dabit in ætérnum fluctuatióem iusto.
 Tu vero, Deus, dedúces eos *
 in púteum intéritus.
 Viri sánguinum et dolósi non dimidiábunt dies suos; *
 ego autem sperábo in te, Dómine.

Ad Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1


PM 147 (OCO 415)

III a

Nonne De- o súbdi-ta e-rit á- nima me- a? Ps. In De-o

III b

tantum quiésce, ánima me- a; * ab ipso enim salu-tá- re me-



um. [flex]

Psalmus 61

[In Deo tantum quiesce, ánima mea; *
ab ipso enim salutáre meum.]

Verúmtamen ipse refúgium meum et salutáre meum, *
præsídium meum, non movébor **ám**plius.

Quóusque irrúitis in hóminem, †
contúnditis **univ**ersi vos, *
tamquam paríetem inclinátum et macériam depúlsam?

Verúmtamen de excélsó suo cogitavérunt depéllere; †
delectabántur mendácio. *

Ore suo benedicébant, et corde suo maledicébant.

In Deo tantum quiesce, **ánima mea**; *
quóniam ab ipso *patiéntia mea*.

Verúmtamen ipse Deus meus et salutáre meum, *
præsídium meum, *non* movébor.

In Deo salutáre meum et **glória mea**; *
Deus fortitúdinis meæ, et refúgium meum in **Deo** est.

Speráte in eo, omnis congregátio pópuli, †
effúndite coram illo **corda vestra**; *

Deus refúgium **nobis**.

Verúmtamen vánitas **fílii Adam**, *
mendácium *fílii hóminum*.

In statéram *si conscéndant*, *
super fumum *leves* sunt **omnes**.


Nolíte speráre in violéntia, †
et in rapína nolíte **vani esse**; *
divítia si áffluent, nolíte *cor appónere*.

Semel **locútus est Deus**, *
duo *hæc* audívi:

quia potéstas Deo est, †
et tibi, Dómine, *misericórdia*; *
quia tu reddes unicuíque iuxta *ópera sua*.


Ant. 2

AG 176 (cf. OCO 415)



VIII a

De- us mi-se-re- á-tur nostri, et be- ne-dí-cat nos.

Ps. illúminet vultum *su-* um **super** nos. [metrum] [flex]

Psalmus 66

[Deus misereátur nostri, et benedícat nobis; *
illúminet vultum *suum* **super** nos.]

Ut cognoscátur in terra via **tua**, *
in ómnibus géntibus salutáre **tuum**.

Confiteántur tibi pópuli, **Deus**; *
confiteántur tibi pópuli **omnes**.

Læténtur et exsúltent *gentes*, †
quoniam iúdicas pópulos in æquitáte, *
et gentes in *terra dírigis*.


Confiteántur tibi pópuli, **Deus**; *
confiteántur tibi pópuli **omnes**.

Terra dedit fructum **suum**; *
benedícat nos Deus, *Deus noster*;

benedícat nos **Deus**, *
et métuant eum omnes *fines terræ*.

Ant. 3

PM 372 (OCO 412)




VIII a


Christo da-tus est princi-pá-tus et honor re- gni:



omnis pó-pu-lus, tri-bus et lin-guæ sérvi-ent e- i in æ-



térnum. C. Grá- ti- as agámus Deo **Pa**-tri, * qui dignos nos fecit



in partem sortis sanctó-*rum* in **lú**mi-ne. [flex]

Canticum

Col 1: 12–20

[Grátias agámus Deo **Patri**, *

qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in **lú**mine,]

qui erípuit nos de potestáte tenebrárum *

et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis **su**æ,

in quo habémus redemptiónem per sánguinem eius, *

remissionem *peccató*rum.

Qui est imágo Dei invisíbilis, *

primogénitus omnis *creatúrae*;

quóniam in ipso cón dita sunt univér sa †

in cælis et in **terra**, *

visibília et invisibília,

sive throni sive dominatiónes *

sive principátus sive *potestá*tes:

ómnia per ipsum et in ipso *creá*ta sunt, †

et ipse est ante **omnes**, *

et ómnia in ipso **constant**.

Et ipse est caput córporis *Ecclési*æ, †

qui est princípium, primogénitus ex **mó**rtuis, *

ut sit in ómnibus ipse *primátum* **tenens**;

quia in ipso complácu it omnem plenitúdinem inhabitáre, *

et per eum reconciliáre ómnia in ipsum,

pacíficans per sánguinem crucis eius *

sive quæ in terris sive *quæ* in **cæ**lis sunt.

FERIA V HEBDOMADÆ II

Ad Officium lectionum


PSALMODIA

Ant. 1


AG 186 (cf. OCO 416)



Salvá- sti nos, Dómi-ne, et in nómi-ne tu- o confi- té-



bimur in sæcu-lum. *Ps.* De- us, áuribus nostris audívimus; pa-



tres nostri annuntiavérunt **no**- bis * opus quod operátus es in dié-



bus eórum in diébus *antí*-quis.

Psalmus 43, I

[Deus, áuribus nostris audívimus;

patres nostri annuntiavérunt nobis *

opus quod operátus es in diébus eórum in diébus *antí*quis.]

Tu manu tua gentes depulísti, et plantásti **illos**, *

afflixísti pópulos, et dilatásti eos.

Nec enim in gládio suo possederunt **terram**, *

et bráccium eórum non salvávit eos;

sed délixtera tua et bráccium tuum et illuminátio vultus **tui**, *

quóniam complacuísti *in* eis.


Tu es rex meus et Deus **meus**, *

qui mandas salútes **Iacob**.


In te inimicos nostros **proi**ecimus; *
 et in nomine tuo conculcavimus insurgentes *in nobis*.
 Non enim in arcu meo **spera**bo, *
 et gladius meus non **salva**bit me.
 Tu autem salvasti nos de affligentibus nos, *
 et odientes nos **confu**disti.
 In Deo gloriabimur tota **die**, *
 et in nomine tuo confitebimur *in saeculum*.

Ant. 2 AJ 1: * 30, cf. Poissy MS, fo. 379^v (OCO vacat)

VIII a



De-disti he-re-di-ta-tem timenti-bus nomen tu-um,



Domi-ne. *Ps.* Nunc autem reppulisti et confudisti nos, * et non



egrediéris, Deus, cum virtú-tibus **no**-stris.

II

[Nunc autem reppulisti et confudisti nos, *
 et non egrediéris, Deus, cum virtutibus nostris.]
 Convertisti nos retrorsum coram inimicis **no**stris, *
 et qui odérunt nos diripuerunt **sibi**.
 Dedisti nos tamquam oves ad **vesc**endum, *
 et in gentibus **dispers**isti nos.
 Vendidisti populum tuum sine **lucro**, *
 nec dítior factus es in commutatio*ne* eórum.
 Posuisti nos opprobrium vicinis **no**stris, *
 subsannationem et derisum his qui sunt in circúitu **no**stro.
 Posuisti nos similitudinem in **gentibus**, *
 commotionem cápitis in **pópulis**.
 Tota die verecúndia mea contra **me** est, *
 et confusio faciéi meæ **coop**eruit me,

a voce exprobrántis et obloquéntis, *
 a fácie inimíci *et ultóris*.

Ant. 3

OHS 39 (OCO vacat)

I c



Exsúrge, Dómi-ne, et iu-di-ca causam me- am. *Ps.* Hæc



ómnia venérunt **super** nos, nec oblí- ti sumus te; * et iníque



non égimus in testaméntum **tu**- um.

III

[Hæc ómnia venérunt super nos,
 nec oblíti sumus te; *
 et iníque non égimus in testaméntum tuum.]
 Et non recéssit **retro** cor **no**strum, *
 nec declinavérunt gressus nostri a **via tua**;
 sed humiliásti nos in **loco vúl**pium, *
 et operuísti nos *umbra mortis*.
 Si oblíti fuérimus nomen **Dei nostri**, *
 et si expandérimus manus nostras ad deum *alién*um,
 nonne Deus **requíret ista**? *
 Ipse enim novit *abscóndita cordis*.
 Quóniam propter te mortificámur **tota die**, *
 æstimáti sumus sicut oves *occisio*nis.
 Evígila, quare **obdó**rmis, **Dómine**? *
 exsúrge, et ne repéllas in **finem**.
 Quare faciém **tuam av**értis, *
 oblivísceris inópiæ nostræ et tribulatio*nis nostræ*?
 Quóniam humiliáta est in púlvere **ánima nostra**, *
 conglutinátus est in terra *venter noster*.

Exsúrge, Dómine, **ádiuva** nos; *
et rédime nos propter misericórdiam **tuam**.

VERSUS

In Adventu:

∿ Audíte verbum Dómini, gentes.
℟. Et annuntiáte illud in fínibus terræ.

Post Nativitatem:

∿ Erat lux vera.
℟. Quæ illúminat omnem hóminem.

Post Epiphaniam:

∿ Fílius Dei venit, et dedit nobis sensum.
℟. Ut cognoscámus verum Deum.

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 251 (cf. OCO 416)

Exci-ta, Dómine, poténti- am tu- am, ut salvos fá-ci- as nos.

Ps. Qui pascis Isra- **ël**, **inténde**, * qui dedúcis velut *ovem* **Io-** seph.

Psalmus 79

[Qui pascis Israë̄l, inténde, *
qui dedúcis velut ovem Ioseph.]
Qui sedes super chérubim, **effúlge** *
coram Ephraim, Béniamin *et* Manásse.


Excita poténtiam **tuam**, et **veni**, *
ut salvos *fácias* nos.
Deus, **convérte** nos, *
illústra fáciem tuam, et *salvi* érimus.
Dómine **Deus virtútum**, *
quoúsque irascéris super oratióem *pópuli tui*?
Cibásti nos pane **lacrimárum**, *
et potum dedísti nobis in lácrimis *copiöse*.
Posuísti nos in contradicióem **vicínis nostris**, *
et inimíci nostri *subsannavérunt* nos.
Deus **virtútum**, **convérte** nos, *
illústra fáciem tuam, et *salvi* érimus.
Víneam de Ægýpto **transtulísti**, *
eiecísti gentes, et plantásti *eam*.
Purgásti locum in **conspéctu eius**, *
plantásti radíce*s eius*, et **implévit terram**.
Opérti sunt montes **umbra eius**, *
et ramis eius *cedri Dei*;
exténdit pálmite*s suos usque ad mare*, *
et usque ad Flumen propágine*s suas*.
Ut quid destruxísti **macérian eius**, *
et vindémiant *eam omnes qui prætergrediúntur viam*?
Exterminávit *eam aper de silva*, *
et singularis ferus depástus *est eam*.
Deus **virtútum**, **convértere**; *
réspice de cælo et vide, et vísitá *víneam istam*.
Et prótege *eam* quam plantávit **déxtera tua**, *
et super fílium hóminis quem confirmásti **tibi**.
Incénsa est igni **et suffóssa**; *
ab increpatióne vultus tui *períbunt*.
Fiat manus tua super virum **déxtera tuæ**, *
super fílium hóminis quem confirmásti **tibi**.
Et non discedémus a te, **vivificábis** nos, *
et nomen tuum *invocabimus*.
Dómine Deus **virtútum**, **convérte** nos, *
et illústra fáciem tuam, et *salvi* érimus.

Ant. 2


AG 142 (cf. OCO 416)



Convérsum est fu-ror tu- us, Dómi-ne, et conso- lá-tus es



me. C. Confitébor tibi, Dómine, quóniam irátus es **mi-** hi; * con-



vérsum est furor tuus, et consolá-tus es me.

Canticum

Is 12: 1 6

[Confitébor tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi; *
convérsum est furor tuus, et consolátus es me.]

Ecce Deus salvátor **meus**, *

fiduciáliter agam et *non timébo*,

quia fortitúdo mea et laus mea **Dóminus**, *

et factus est mihi *in salútem*.

Hauriétis aquas in **gáudio** *

de fóntibus **Salvatóris**;

et dicétis in die illa: « Confitémini **Dómino** *

et invocáte *nomen eius*,

notas fácite in pópulis adinventiónes **eius**; *

mementóte quóniam excélsus est *nomen eius*.


Cantáte Dómino, quóniam magnífice **fecit**, *

annuntiáte hoc in univér^sa **terra**;


exsúlta et lauda, habitátio **Sion**, *

quia magnus in médio tui **Sanctus Israë**l ».

Ant. 3

AJ 1: 67, cf. Poissy MS, fo. 65^r (cf. OCO 416)

Exsul-tá- te De- o, adiu-tó- ri nostro. *Ps.* iubiláte De-o



Ia- cob. Súmite psalmum et date **týmpanum**. [flex]

Psalmus 80

[Exsultáte Deo, adiutóri nostro, *

iubiláte Deo Iacob.

Súmite psalmum et date **týmpanum**, *]

psaltérium iucúndum cum **cíthara**.

Bucináte in neoméⁿia **tuba**, *

in die plenæ lunæ, in sollemnitáte **nostra**.

Quia præcéptum in Israë^l est, *

et iudícium *Deo Iacob*.

Testimónium in Ioseph pósuit *illud*,

cum exíret de terra **Ægýpti**; *

sermónem quem non nóveram, **audívi**.

Divér^ti ab onéribus dorsum **eius**, *

manus eius a cóphino *recessérunt*.

In tribulatióne invocásti me et liberávi *te*,

exaudívi te in abscondito *tempestátis*, *

probávi te apud *aquam Meríba*.

Audí, pópulus meus, et contestábor te, *

Israë^l, útinam *áudias* me.

Non erit in te deus aliénus *

neque adorábis *deum extráneum*.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus,

qui edúxi te de terra **Ægýpti**; *

diláta os tuum, et *implébo illud*.

Et non audívit pópulus meus vocem **meam**, *

et Israë^l non *inténdit mihi*.

Et dimísi eos secúndum durítiam cordis eórum, *

ibunt in adinventiónibus **suis**.

Si pópulus meus **audísset** me, *

Israë^l si in viis meis *ambulásset*,

in brevi inimícos eórum humiliássem, *

et super tribulántes eos misíssem *manum meam*.

Inimíci Dómini blandiréntur ei, *

et esset sors eórum in **sæcula**;

et cibárem eos ex ádipe fruménti, *
et de petra melle saturárem eos.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

*Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21;
tempus Nativitatis, p. 92, 111, vel tempus Epiphaniæ, p. 221, 242.*

Psalmus 118: 65–72 (Teth)

[Bonitátem fécisti cum servo tuo, Dómine, *
† secúndum verbum tuum.
Bonitátem et prudéntiam et sciéntiam doce me, *
quia præcéptis tuis **crédidi**.]
Priúsqvam humiliárer ego errávi; *
nunc autem elóquium tuum custódiám.
Bonus es tu et **benefáciens**, *
doce me iustificatiónes tuas.
Excogitavérunt contra me dolósa **supérbi**, *
ego autem in tbo corde meo servábo mandáta tua.
Incrassátum est sicut adeps **cor eórum**, *
ego vero in legé tua **delectátus** sum.
Bonum mihi quia **humiliátus** sum, *
ut discam iustificatiónes tuas.
Bonum mihi lex **oris tui**, *
super mília auri **et argénti**.

Psalmus 55: 2–7b, 9–14

Miserére mei, Deus, quóniam conculcávit me homo, *
tota die impúgnans opprèssit me.
Conculcavérunt me inimíci mei **tota die**, *
quóniam multi pugnant advérsum me, **Altíssime**.
In quacúmque **die timébo**, *
ego in te **sperábo**.
In Deo, cuius laudábo sermónem, †
in **Deo sperávi**; *
non timébo: quid fáciat mihi **caro**?
Tota die rem meam **perturbábant**, *
advérsum me omnes cogitatiónes eórum in **malum**.

Concitábant iúrgia, **insidiabántur**, *
ipsi calcáneum meum **observábant**.
Peregrinatiónes meas tu numerásti: †
pone lácrimas meas in **utre tuo**; *
nonne in supputatióne **tua**?
Tunc converténtur inimíci mei retrórsum, †
in quacúmque die **invocávero**: *
ecce cognóvi quóniam **Deus meus** es.
In Deo, cuius laudábo sermónem, *
in Dómino, cuius laudábo sermónem,
in **Deo sperávi**, *
non timébo: quid fáciat mihi **homo**?
Super me sunt, Deus, **vota tua**; *
reddam laudatiónes **tibi**;
quóniam eripuísti ánimam meam de morte, †
et pedes **meos** de **lapsu**, *
ut ámbulem coram Deo in **lúmine vivéntium**.

Psalmus 56

Miserére mei, Deus, miserére mei, *
† quóniam in te cónfugit ánimá mea;
et in umbra alárum tuárum **confúgiam**, *
donec tránseant **insídiæ**.
Clamábo ad Deum **altíssimum**, *
Deum qui **benefécit mihi**.
Mittet de cælo, et liberábit me; †
dabit in oppróbrium conculcántes me. *
Mittet Deus misericórdiam suam et **veritátem suam**.
Anima mea recúmbit in médio catulórum **leónum**, *
devorántium **fílios hóminum**.
Dentes eorum arma et **sagittæ**, *
et lingua eórum **gládus acútus**.
Exaltáre super cælos, **Deus**, *
super omnem terram **glória tua**.
Láqueum paravérunt pédibus **meis**, *
et incurvávit se **ánimá mea**;
foderunt ante faciém meam **fóveam**, *
et ipsi incidérunt in **eam**.

Parátum cor meum, *Deus*, †
 parátum cor **meum**; *
 cantábo et *psalmum dicam*.
 Exsúrge, glória mea, †
 exsúrge, psaltérium et **cíthara**, *
 excitábo auróram.
 Confitébor tibi in pópulis, **Dómine**, *
 et psalmum dicam tibi in *natió*nibus,
 quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia **tua**, *
 et usque ad nubes *vér*itas **tua**.
 Exaltáre super cælos, **Deus**, *
 super omnem terram glória **tua**.

Ad Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1

AM 1089 (OCO 416)

VIII a

Ecce de-di te in lu-cem Génti- um, ut sis sa-lus
 me- a usque ad extremum terræ. *Ps.* De-us, iudícium tuum
 regi da, * et iustítiam tuam fí- li- o re- gis. [flex]

Psalmus 71 (I)

[*Deus*, iudícium tuum **regi** da, *
 et iustítiam tuam *fí*lio **regis**;
 iúdicet pópulum tuum in iustítia, *
 et páuperes tuos *in* iudício.
 Afferant montes pacem **pópulo**, *
 et *colles* iustítiam.]

Iudicábit páuperes pópuli, †
 et salvos fáciat fílios **ínopis**, *
 et humiliábit calumniatórem.
 Et permanébit cum sole et ante **lunam**, *
 in generatióne et generatióne.
 Descéndet sicut plúvia in **gramen**, *
 et sicut imber *írr*igans **terram**.
 Florébit in diébus eius iustítia et abundántia **pacis**, *
 donec auferátur **luna**.
 Et dominábitur a mari usque ad **mare**, *
 et a Flúmine usque ad términos *orbis* terrárum.
 Coram illo prócident incolæ **desérti**, *
 et inimíci eius *terram* **lingent**.
 Reges Tharsis et insulæ múnera **ófferent**, *
 reges Arabum et Saba *dona* **addúcent**.
 Et adorábunt eum omnes **reges**, *
 omnes gentes sérvient ei.

Ant. 2

OHS 16 (cf. OCO 416)

VII b

Li-be-rá- vit Dómi- nus páu-pe- rem a po-tén-te: et
 ín-o- pem, cu- i non e-rat ad- iú-tor. Parcet páu-pe-ri et
 ín-o-pi, * et ánimas páuperum sal-vas fá-ci- et. [flex]

II

[Quia liberábit ínopem clamántem, *
 et páuperem cui non erat adiútor.
 † Parcet páuperi et **ínopi**, *
 et ánimas páuperum **salvas fáciat**.]

Ex oppressióne et violéntia rédimet **ánimas eórum**, *
 et pretiósus erit sanguis eórpm **coram illo**.
 Et vivet, et dábitur ei de auro *Arábiae*, †
 et orábunt pro **ipso semper**; *
 tota die **benedícent ei**.
 Et erit ubértas fruménti in **terra**, *
 in summis móntium **fluctuábit**;
 sicut Líbanus fructus **eius florébit**, *
 et colligábitur sicui **fenum terræ**.
 Sit nomen eius **benedíctum in saécula**, *
 ante solem permanébit **nomen eius**.
 Et **benedicéntur in ipso omnes tribus terræ**, *
 omnes gentes **magnificábunt eum**.
 Benedíctus Dóminus Deus, **Deus Israël**, *
 qui facit **mirabília solus**;
 et **benedíctum nomen maiestátis eius in ætérnum**, *
 et replébitur maiestáte eius omnis terra. **Fiat, fiat.**

Ant. 3

AG 998 (cf. OCO 412)

I b

De-dit e-i Dómi-nus po-testá-tem et honó-rem et re-
 gnum, et omnes pópu-li, tri-bus et linguæ i-psi sérví-ent.

C. Grá-ti- as **á-gimus ti-** bi, * Dómine De- us omnípotens.

Canticum

cf. Ap 11, 12

[Grátias ágimus **tibi**, *]

Dómine Deus omnípotens,]

qui es et qui eras et **qui ventúrus es**; *quia accepísti virtútem tuam magnam *et regnásti*.

Et **irátæ sunt gentes**, *
 et advénit ira tua et tempus mortuórum *iudicári*,
 et réddere mercédem servis tuis, **prophétis et sanctis**, *
 et tíméntibus nomen tuum, *pusíllis et magnis*.
 Nunc facta est salus et virtus et regnum **Dei nostri** *
 et potéstas *Christi eius*,
 quia proiéctus est accusátor **fratrum nostrórum**, *
 qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri
 die ac **nocte**;
 et ipsi vicérunt eum propter **sánguinem Agni** *
 et propter verbum **testimónii sui**;
 et non dilexérunt **ánimas suas** *
usque ad mortem.
 Proptérea **lætámini, cæli**, *
 et qui **habitátis in eis**.

FERIA VI HEBDOMADÆ II

Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1

PM 94 (OCO 416)

VI

Ne in i- ra tu- a argu- as me, Dómi-ne. *Ps.* Dómine,

ne in furóre tuo ár-gu- as me, * neque in ira tua corrípi- as me.

Psalmus 37, I

[Dómine, ne in furóre tuo árguas me, *
neque in ira tua corrípias me;]

quóniam sagíttæ tuæ infíxæ sunt **mihi**, *
et descéndit super me *manus tua*.

Non est sánitas in carne mea a fácie indignatiónis **tuæ**, *
non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt **caput meum**, *
et sicut onus grave gravant me **nimis**.

Ant. 2

AJ 1: 719 (OCO vacat)

IV b

Dómi-ne, ante te omne de- si- dé- ri- um me- um,

et gemi- tus me- us a te non est abscondi-tus. *Ps.* Putru- é-

runt et corrúpti sunt livóres **me-** i * a fácie insipi- énti- æ **me-**

æ. [flex]

II

[Putruérunt et corrúpti sunt livóres mei *
a fácie insipiéntiæ meæ.]

Inclinátus sum et incurvátus **nimis**; *
tota die contristátus *ingrediébar*.

Quóniam lumbi mei impléti *sunt* ardóribus, *
et non est sánitas *in carne mea*.

Afflíctus sum et humiliátus sum **nimis**, *
rugiébam a gémitu cordis **mei**.

Dómine, ante te omne desidérium **meum**, *
et gémitus meus a te *non* est abscónditus.

Palpitávit cor meum, derelíquit me *virtus mea*, *
et lumen oculórum meórum, et *ipsam* non est **mecum**.

Amíci mei et próximi mei ante plagam *meam* stetérunt, *
et propínqui mei de *longe* stetérunt.

Et láqueos posuérunt qui quærébant ánimam *meam*,
et qui requirébant mala mihi, locúti *sunt* **insídias**, *
et dolos tota die *meditabántur*.


Ant. 3

AN 33 (OCO vacat)

II

Intén- de in adiu-tó-ri- um me- um, Dómi-ne, vir- tus

sa-lú- tis me- æ. *Ps.* Ego autem tamquam surdus non audi- é-



bam, * et sicut mutus non apériens os su- um.

III

[Ego autem tamquam surdus non audiébam, *
et sicut mutus non apériens os suum;]
et factus sum sicut homo non áudiens, *
et non habens in ore suo redargutiónes.
Quóniam in te, Dómine, sperávi; *
tu exáudies, Dómine Deus meus.
Quia dixi: « Nequándo supergáudeant mihi, *
et dum commovéntur pedes mei, magnificéntur super me ».
Quóniam ego in lapsum parátus sum, *
et dolor meus in conspéctu meo semper.
Quóniam iniquitátem meam annuntiábo, *
et sollícitus sum de peccáto meo.
Inimíci autem mei vivunt et confirmáti sunt super me, *
et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.
Retribuéntes mala pro bonis detrahébant mihi, *
pro eo quod sequébar bonitátem.
Ne derelínquas me, Dómine, *
Deus meus, ne discésseris a me;
festína in adiutórium meum, *
Dómine, salus mea.

VERSUS

In Adventu:

℣. Véniat super me misericórdia tua, Dómine.
℟. Salutáre tuum, secúndum elóquium tuum.

Post Nativitatem:

℣. Cantáte Dómino, et benedícite nómini eius.
℟. Annuntiáte de die in diem salutáre eius.

Post Epiphaniam:


℣. In ipso vita erat.
℟. Et vita erat lux hóminum.

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1

PM 136 (OCO 416)



De- le, Dómi-ne, i- niqui- tá- tem me- am. Ps. Miserére

me- i, De- us, * secúndum misericórdi- am tu- am.

Psalmus 50

[Miserére mei, Deus, *
secúndum misericórdiam tuam;]
et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum *
dele iniquitátem meam.
Amplius lava me ab iniquitáte mea, *
et a peccáto meo munda me.
Quóniam iniquitátem meam ego cognósko, *
et peccátum meum contra me est semper.
Tibi, tibi soli peccávi, *
et malum coram te feci,
ut iustus inveniáris in senténtia tua *
et æquus in iudício tuo.
Ecce enim in iniquitáte generátus sum, *
et in peccáto concépit me mater mea.
Ecce enim veritátem in corde dilexísti, *
et in occúlto sapiéntiam manifestásti mihi.
Aspérges me hyssópo, et mundábor; *
lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audire me fácies gáudium *et lætítiam*, *
 et exsultábunt ossa quæ *humiliásti*.
 Avérte fáciem tuam a peccáti*s meis*, *
 et omnes iniquitá*tes meas dele*.
 Cor mundum crea *in me, Deus*, *
 et spíritum firmum ínno*va in viscéribus meis*.
 Ne proícias me a fácie *tua*, *
 et spíritum sanctum tuum ne *áuferas a me*.
 Redde mihi lætítiam salutáris *tui*, *
 et spíritu promptí*ssimo confírma me*.
 Docébo iníquos *vias tuas*, *
 et ímpii ad *te converténtur*.
 Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis *meæ*, *
 et exsultábit lingua mea iustítiam *tuam*.
 Dómine, lábia mea *apéries*, *
 et os meum annuntiá*bit laudem tuam*.
 Non enim sacrificio *delectáris*, *
 holocáustum, si óffer*am, non placébit*.
 Sacrificium Deo spíritus *contribulátus*, *
 cor contrítum et humiliátum, *Deus, non despícies*.
 Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte *tua Sion*, *
 ut ædificéntur *muri Ierúsalem*.
 Tunc acceptábis sacrificium iustítie, oblatiónes et *holocáusta*; *
 tunc impónent super altáre tuum *vítulos*.

Ant. 2 AG 246 (cf. OCO 416)

I b

Cum í- rá- tus fú- e- ris, Dómi- ne, mi- se- ri- cór- di- æ

recor-dábe-ris. C. Dómine, audívi auditi- ó-nem tu- am, * et

tímu- i. [flex]

[Dómine, audívi auditió*nem tuam*, *
 et tímu*i*.]
 Dómine, opus *tuum*, *
 in médio annórum vivífica *illud*.
 In médio annórum *notum fácies*; *
 cum irátus fúeris, misericórdiæ *recordáberis*.
 Deus ab *austro véniet*, *
 et Sanctus de *monte Pharan*.
 Opéruit cælos *glória eius*, *
 et laudis eitts *plena est terra*.
 Splendor eius ut lux *erit*,
 córnua in *mánibus eius*: *
 ibi abscóndita est fortitúdo *eius*.
 Egréssus es in salutem *pópuli tui*, *
 in salutem cum *christo tuo*.
 Viam fecísti in mari *equis tuis*, *
 in luto *aquárum multárum*.
 Audívi, et conturbátus est *venter meus*, *
 a voce contremuérunt *lábia mea*;
 ingrediátur putrédo in *óssibus meis*, *
 et subter me *scáteat*,
 ut requiéscam in die tribulatió*nis*, *
 ut ascéndam ad pópulum *accínctum nostrum*.
 Ficus enim *non florébit*, *
 et non erit *germen in víneis*,
 mentiétur opus *olívæ*, *
 et arva non áfferent *cibum*:
 abscindétur de ovíli *pecus*, *
 et non erit arméntum *in præsépi*bus.
 Ego autem in Dómino *gaudébo*, *
 et exsultábo in Deo *Iesu meo*.
 Deus Dóminus fortitúdo *mea*, *
 et ponet pedes meos *quasi cervórum*,
 et super excélsa mea *dedúcet me victor* *
 in *psalmis canéntem*.

Ant. 3

AG 242 (cf. OCO 416)

Si- on. Quóniam confortávit seras por-tárum tu- á- rum.

Psalmus 147: 12 20

[Lauda, Ierúsalem, Dóminum; *
colláuda Deum tuum, Sion.
Quóniam confortávit seras portárum tuárum, *]
benedíxit filiis *tuis* **in** te.
Qui ponit fines **tuos** **pacem**, *
et ádipe fruménti *sátiat* te.
Qui emíttit elóquium **suum** **terræ**, *
velóciter currit *verbum* eius.
Qui dat nivem **sicut** **lanam**, *
pruinam sicut *cínerem* **spargit**.
Mittit crystállum suam **sicut** **buccéllas**; *
ante fáciem frígoris eius quis *sustinébit*?
Emíttet verbum suum et liquefáciat *ea*, *
flabit spíritus eius, et *fluent* **aquæ**.
Qui annúnciat verbum **suum** **Iacob**, *
lustítias et iudícia *sua* **Israël**.
Non fecit táliter omni **natióni**, *
et iudícia sua non manifestávit **eis**.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

*Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21;
tempus Nativitatis, p. 92, 111, vel tempus Epiphaniæ, p. 221, 242.*

Psalmus 118: 73–80 (Yod)

[Manus tuæ fecérunt me et plasmavérunt me; *
da mihi intelléctum, et discam præcépta tua.]
Qui timent te, vidébunt me **et lætabúntur**, *
quia in verba tua *supersperávi*.
Cognóvi, Dómine, quia æquitas iudícia **tua**, *
et in veritate *humiliásti* me.
Fiat misericórdia tua **ut** consolétur me, *
secúndum elóquium tuum *servo* **tuo**.
Véniant mihi miseratiónes **tuæ** et **vivam**, *
quia lex tua delectátio **mea** est.
Confundántur supérbi, quóniam dolóse **pervertérunt** me, *
ego autem exercébor in *mandátis* **tuis**.
Convertántur **mihi** **timéntes** te, *
et qui novérunt testimónia **tua**.
Fiat cor meum immaculátum in iustificatióne **tuis**, *
ut *non* **confúndar**.

Psalmus 58: 2–5, 10–11, 17–18

Eripe me de inimícis meis, Deus meus, *
et ab insurgéntibus in me prótege me.
Eripe me de operántibus **iniquitátem**, *
et de viris *sánguinem* **salva** me.
Quia ecce insidiáti sunt **ánimæ meæ**, *
irruérunt *in* me **fortes**.
Neque delíctum, neque peccátum in **me** est, **Dómine**; *
sine iniquitáte mea currunt et *præparántur*.
Exsúrge in occúrsum meum, et *vide*; †
fortitúdo mea, **tibi** **atténdam**; *
quia, Deus, *præsídium* **meum** es.
Deus meus, misericórdia eius *præveniet* me. *
Deus fáciat ut despiciam inimícos **meos**.
Ego autem cantábo fortitúdinem **tuam**, *
et exsultábo mane in *in*ericórdiam **tuam**,
quia factus es *præsídium* **meum**, *
et refúgium meum in die tribulatióne **meæ**.
Fortitúdo mea, tibi *psallam*, †
quia, Deus, *præsídium* **meum** es: *
Deus meus misericórdia **mea**.

Psalmus 59


Deus, reppulísti nos, destruxísti nos; *
 irátus es; convértere ad nos.
 Concussísti terram, confregísti **eam**, *
 sana, contritiónes eius, quia *commóta* est.
 Ostendísti pópulo tuo **dura**, *
 potásti nos vino *vertiginis*.
 Dedísti metuéntibus te **signum**, *
 ut fúgiant a fácie **arcus**.
 Ut liberéntur dilécti **tui**, *
 salvos fac délixtera tua et *exáudi* nos.
 Deus locútus est in sancto suo: †
 « Lætábor et partíbor **Síchimam**, *
 et convállem Succoth *metíbor*.
 Meus est Gálaad, et meus est **Manásses**, *
 et Ephraim fortitúdo cápitís **mei**.
 Iuda sceptrum **meum**, *
 Moab olla lavácri **mei**.
 Super Idumáeam exténdam calceaméntum **meum**, *
 super Philístiim vociferábor ».
 Quis addúcet me in civitátem **munítam**? *
 Quis dedúcet me usque in *Idumáeam*?
 Noilne tu, Deus, qui reppulísti nos, *
 et non egrediéris, Deus, in virtútibus **nostris**?
 Da nobis auxiliúm de tribulatióne, *
 quia vana *salus* **hóminis**.
 In Deo faciémus virtútem, *
 et ipse conculcábit tribulántes nos.

Ad Vesperas


PSALMODIA

Ant. 1

AG 164 (cf. OCO 416)



Incli-ná-vit Dómi-nus aurem su- am mi-hi. *Ps.* Di-léxí,



quóniam ex-áu-dit Dóminus * vocem deprecátí-ónis **me-** æ.

Psalmus 114: 1–9

[Diléxí, quóniam exáudit Dóminus *
 vocem deprecátí-ónis meæ.]
 Quia inclinávit aurem **suam mihi**, *
 cum in diébus meis *invocábam*.
 Circumdedérunt me **funes mortis**, *
 et angústíæ inférni *invenérunt* me.
 Tribulatiónem et dolórem *inveni*, †
 et nomen Dómini **invocábam**: *
 « O Dómine, líbera *ánimam* **meam** ».
 Miséricors Dóminus et **iustus**, *
 et Deus noster *miserétur*.
 Custódiens **párvulos Dóminus**; *
 humiliátus sum, et *salvum* me **faciet**.
 Convértere, ánima mea, in **réquiem tuam**, *
 quia Dóminus *benefécit tibi*;
 quia crípuit *ánimam* meam de morte, †
 óculos **meos a lácrimis**, *
 pedes *meos a lapsu*.
 Ambulábo **coram Dómino** *
 in regióne *vivórum*.

Ant. 2


AG 165 (cf. OCO 416)



Auxí- lí- um me- um a Dómi- no, qui fe- cit cæ- lum et



terram. *Ps.* Levábo óculos **me-os** in **mon-tes**: * unde véniet au-



xí-li- um **mi-** hi? [flex]

Psalmus 120

[Levábo óculos meos in montes: *

unde véniet auxílium mihi?]

Auxílium **meum** a **Dómino**, *

qui fecit *cælum* et **terram**.

Non dabit in commotióne**m** **pedem tuum**, *

neque dormitábit *qui custódit* te.

Ecce non dormitábit **neque dórmiet** *

qui custódit **Israël**.

Dóminus custódit *te*, †

Dóminus umbráculum **tuum**, *

ad manum *déxteram tuam*.

Per diem sol non percúti**et** *te*, *

neque luna per **noctem**.

Dóminus custódi**et** *te* ab **omni malo**; *

custódi**et** *ánimam tuam* **Dóminus**.

Dóminus custódi**et** intróitum tuum et **éxitum tuum**, *

ex hoc nunc et *usque* in **sæculum**.


Ant. 3

MG 58 (cf. OCO 413)




IV a

Omnes gentes, quascúmque fe-cí-sti, vé-ni-ent, et



a-do-rá-bunt coram te, Dómi-ne. C. Magna et mirabília sunt



ó-pe-ra **tu-** a, * Dómine *De-* us **omní-** po- tens. [flex]

Canticum

Ap 15:3–4

[Magna et mirabília sunt ópera tua, *

Dómine Deus omnípotens:]

iustæ et veræ sunt *viæ tuæ*, *

rex sæculórum.

Quis non timébit te, **Dómine**, *

et magnificábit nomen **tuum**?

quia solus pius es, †

quóniam omnes gentes vénient *et adorábunt*

in *conspéctu tuo*, *

quóniam iudicia tua *manifésta* sunt.

SABBATUM HEBDOMADÆ II



Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1

AJ 1: 69, cf. Poissy MS, fo. 66^v (cf. OCO 416)

VÍ-si- ta nos, Dómi-ne, in sa- lu- tá- ri tu- o. Ps. Con-

fi-témni Dómino, quóniam **bo-** nus, * quóniam in sáculum mise-ricórdi- a **e-** ius. [flex]

Psalmus 105, I

[Confitémni Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sáculum misericórdia eius.]Quis loquétur poténtias **Dómini**, *
audítas fáciat omnes *laudes eius*?Beáti qui custódiunt iudícium, *
et fáciunt iustítiam in *omni témpore*.Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli **tui**, *
vísita nos in salutári **tu**o,ut videámus bona electórum tuórum,
ut lætémur in lætítia gentis **tuæ**, *
ut gloriémur cum hereditáte **tu**a.Peccávimus cum pátribus **nostris**, *
iniúste égimus, iniquitátem **fécimus**.Patres nostri in *Ægýpto* non intellexérunt mirabília tua,
non fuérunt mémoresmultitúdinis misericordiárum tuárum, *
et irritavérunt ascendéntes in mare, *mare Rubrum*.


Et salvávit eos propter nomen **su**um, *
ut notam fáceret poténtiam **su**am.
Et incrépuit mare Rubrum, et exsiccátum est, *
et dedúxit eos in abýssis sicut *in desérto*.
Et salvávit eos de manu odiéntis, *
et redémit eos de manu *inimíci*.
Et opéruit aqua tribulántes eos: *
unus ex eis *non remánsit*.
Et credidérunt verbis **eius**, *
et cantavérunt *laudem eius*.
Cito oblíti sunt óperum eius, *
et non sustinuérunt consílium **eius**,
et concupiérunt concupiscéntiam in *desérto*, *
et tentavérunt Deum in *inaquóso*.
Et dedit eis petitiónem **ipsórum**, *
et misit saturitátem in *ánimas eórum*.
Et zeláti sunt Móysen in **castris**, *
Aaron *sanctum Dómini*.
Apérta est terra et deglutívit **Dathan**, *
et opéruit super congregatiónem **Abíron**.
Et exársit ignis in synagóga **eórum**, *
flamma combússit *peccatóres*.

Ant. 2

AN 78 (OCO vacat)



Oblí- ti sunt De- um, qui salva- vit e- os. Ps. Et fecé-

runt vítulum in **Ho-** reb, * et adoravérunt scúlpti-le.


II

[Et fecérunt vítulum in Horeb, *
et adoravérunt scúlptile;]
et mutavérunt glóriam **su**am *
in similitúdinem tauri comedéntis **fenum**.



Oblíti sunt Deum qui salvávit eos, *
 qui fecit magnália in **Ægýpto**,
 mirabília in terra Cham, *
 terribília in mari **Rubro**.
 Et dixit quia dispérderet eos, *
 nisi affúisset Móyses eléctus eius.
 Stetit in confractióne in conspéctu eius, *
 ut avérteret iram eius ne destrúeret eos.
 Et pro níhilo habuérunt terram desiderábilem, *
 non credidérunt verbo eius.
 Et murmuravérunt in tabernáculis suis, *
 non exaudiérunt vocem **Dómini**.
 Et elevávit manum suam super eos, *
 ut prostérneret eos in *desérto*,
 et ut deíceret semen eórum in natióibus, *
 et dispérgeret eos in *regiónibus*.
 Et adhæsérunt Beélphegor, *
 et comedérunt sacrificia mortuórum,
 et irritavérunt eum in adinventiόνibus suis, *
 et irrúpit in eos *ruína*.
 Et stetit Phínees et fecit iudícium, *
 et cessávit *quassátio*,
 et reputátum est ei in *iustítiam*, *
 in generatióem et generatióem usque in *sempitérnum*.
 Et irritavérunt eum ad Aquas Meríba, *
 et male hábuit Móyses propter eos,
 quia exacerbavérunt spíritum eius, *
 et témere locútus est in *lábibus suis*.

Ant. 3

AN 79 (OCO vacat)



Cum tri-bu-la-rentur, vi-dit Dominus: et audi-vit ora-

ti- o- nem e- o-rum. Ps. Non disperdidé- runt **gen-tes** * quas di-xit **Dóminus il-** lis. [flex]

III

[Non disperdidérunt gentes *
 quas dixit Dóminus illis.]
 Et commíxti sunt **inter gentes**, *
 et didicérunt ópera eórum.
 Et serviérunt sculptílibus eórum, *
 et factum est **illis** in **scándalum**.
 Et immolavérunt **fílios suos** *
 et **fílias suas** *dæmóniis*.
 Et effudérunt sánguinem *innocéntem*,
 sánguinem filiórum suórum et filiárum suárum *
 quas sacrificavérunt sculptílibus **Chánaan**.
 Et infécta est terra in sanguínibus,
 et contamináti sunt in **opéribus suis**, *
 et fornicáti sunt in adinventiόνibus **suis**.
 Et exársit ira Dóminus in **pópulum suum**, *
 et abominátus est hereditátem **suam**,
 et trádidit eos in **manus géntium**, *
 et domináti sunt eórum qui **odérunt eos**.
 Et tribulavérunt eos **inimíci eórum**, *
 et humiliáti sunt sub **mánibus eórum**.
 Sæpe liberávit *eos*;
 ipsi autem exacerbavérunt eum in **consílio suo**, *
 et corruérunt in **iniquitátibus suis**.
 Et vidit tribulatióem eórum, *
 cum audívit clamórem eórum.
 Et memor fuit testaménti **sui**, *
 et pænítuit eum secúndum multitudínem misericórdiæ **suæ**.
 Et dedit eos in **miseratiónes** *
 in conspéctu ómnium qui captívos **dúxerant eos**.
 Salvos nos fac, Dómine **Deus noster**, *
 et cóngrega nos **de natióibus**,
 ut confiteámur nómini **sancto tuo**, *
 et gloriémur in **laude tua**.

Benedíctus Dóminus Deus Israël
a sáculo et usque in sáculum, *
et dicet omnis pópulus: « **Fiat, fiat** ».

VERSUS

In Adventu:

℣. Annúntiat Dóminus verbum suum Iacob.
℟. Iustítias et iudícia sua Israël.

Post Nativitatem:

℣. Novíssime Deus locútus est nobis in Fílio.
℟. Per quem fecit et sácula.

Post Epiphaniam:


℣. Erat lux vera.
℟. Quæ illúminat omnem hóminem.

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1


AG 264 (cf. OCO 417)



Quam ma-gni- fi- cá- ta sunt ó-pe-ra tu- a, Dómi-ne!



Ps. Bonum est confi-té- ri Dómino, * et psállere nómini tu- o, Al-



tíssime. [flex]

Psalmus 91


[Bonum est confitéri Dómino, *
et psállere nómini tuo, Altíssime,]
annuntiáre mane misericórdiam tuam, *
et veritátem tuam per noctem,
in decachórdo et psaltério, *
cum cántico in cíthara.
Quia delectásti me, Dómine, in factúra tua, *
et in opéribus mánuum tuárum exsultábo.
Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine: *
nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.
Vir insípiens non cognóscet, *
et stultus non intélleget hæc.
Cum germináverint peccatóres sicut fenum, *
et florúerint omnes qui operántur iniquitátem;
hoc tamen erit ad intéritum in sáculum sáculi; *
tu autem altíssimus in ætérnum, Dómine.
Quóniam ecce inimíci lui, Dómine,
quóniam ecce inimíci tui períbunt, *
et dispergéntur omnes qui operántur iniquitátem.
Exaltábis sicut unicórnis cornu meum, *
perfúsus sum óleo úberi.
Et despíciet óculus meus inimícos meos, *
et in insurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.
Iustus ut palma florébit, *
sicut cedrus Líbani succrésct.
Plantáti in domo Dómini, *
in átriis Dei nostri florébunt.
Adhuc fructus dabunt in senécta, *
úberes et bene viréntes erunt,
ut annúntient quóniam rectus Dóminus, refúgium meum, *
et non est iníquitas in eo.

Ant. 2

PM 255 [AM 75] (OCO 417)



Da-te magni- tú-di- nem De- o nostro. C. Audí-te, cæ-li,



quæ lo-**quor**, * áudiat terra verba *o*-ris **me**- i.

Canticum

Deut 32: 1 1

[Audíte, cæli, quæ loquor, *

áudiat terra verba oris mei.]

Concréscat ut plúvia **doctrína mea**, *

fluat ut ros **elóquium meum**,

quasi imber **super herbam** *

et quasi stillæ **super grámina**;

quia nomen Dómini **invocábo**, *

date magnificéntiam **Deo nostro**.

Dei **perfécta sunt ópera**, *

et omnes viæ **eius iudícia**.

Deus **fidélis et absque ulla iniquitáte**, *

iustus et rectus.

Peccavérunt ei, et non **fílii eius in sórdibus**, *

generátio prava **atque pervérsa**.

Háccine **reddis Dómino**, *

pópule stulte **et insípiens**?

numquid non ipse est **Pater tuus**, *

qui possédit te et fecit **et creávit te**?

Meménto diérum **antiquórum**, *

cógita generatiónes **síngulas**;

intérroga patrem tuum, et annuntiábit **tibi**, *

maióres tuos, et **dicent tibi**.

Quando dividébat **Altíssimus gentes**, *

quando separábat **fílios Adam**;

constítuit términos **populórum** *

iuxta númerum **filiórum Israél**;

pars autem Dómini **pópulus eius**, *

Iacob funículus **hereditátis eius**.

Invénit eum in **terra desérta**, *

in loco horróris et vastæ **solitúdinis**;

circumdúxit eum et **dócuit**, *

et custodívit quasi pupíllam **óculi sui**.

Sicut áquila próvocans ad volándum **pullos suos**, *

et super eos **vólitans**,

expándit alas suas et **assúmpsit eum**, *


atque portávit in **úmeris suis**.

Dóminus solus dux **eius fuit**; *


et non erat cum eo deus **aliénus**.

Ant. 3


PM 8 (OCO 417)



Quam admi- rá- bi- le est nomen tu- um, Dómi- ne, in



u- ni- vérsa ter- ra. Ps. quóniam eleváta est magnifi- cén- ti- a tu



a * **super cæ-** los. [flex]

Psalmus 8

[Dómine, Dóminus noster, *

quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra;

quóniam eleváta est magnificéntia tua *

super cælos.]

Ex ore infántium et lacténtium

perfecísti laudem propter **inimícos tuos**, *

ut déstruas inimícum **et ultórem**.

Quando vídeo cælos tuos, ópera **digitórum tuórum**, *

lunam et stellas quæ **tu fundásti**:

quid est homo, quod **memor es eius**? *

aut fílius hóminis, quóniam **vísitas eum**?

Minuísti eum paulo minus ab ángelis,

glória et honóre **coronásti eum**; *

et constituísti eum super ópera **mánuum tuárum**.

Omnia subiecísti sub pédibus *eius*,
 oves et boves **univérsas**, *
 însuper et *pécora campi*,
 vólucres cæli et **pisces maris**, *
 quæcúmque perámbulant *sémitas maris*.
 Dómine, Dóminus **noster**, *
 quam admirábile est nomen tuum in univér^sa **terra**!

Ad Horam mediam

PSALMODIA

*Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21;
 tempus Nativitatis, p. 92, 111, vel tempus Epiphaniæ, p. 221, 242.*

Psalmus 118: 81–88 (Caph)

[Defécit in salutáre tuum ánima mea, *
 et in verbum tuum supersperávi.]
 Defecérunt óculi mei in **elóquium tuum**, *
 dicéntes: « Quando **consoláberis** me? »
 Quia factus sum sicut **uter** in **fumo**; *
 iustificatiónes tuas non **sum** oblítus.
 Quot sunt dies **servi tui**? *
 Quando fácies de **persequéntibus** me **iudicium**?
 Fodérunt mihi **fóveas supérbi**, *
 qui non sunt **secúndum legem tuam**.
 Omnia **præcépta tua** **véritas**; *
 dolóse **persecúti** sunt me: **ádiuva** me.
 Paulo **minus** consummavérunt **me** in **terra**, *
 Quóniam zelus domus tuæ **comédit** me, *
 et oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt **super** me.
 Et flevi in ieiúnio ánimam **meam**, *
 et factum est in oppróbrium **mihi**.
 Et pósui vestiméntum **meum** cilícium, *
 et factus sum illis *in* **parábolam**.
 Advérsus me loquebántur qui sedébant in **porta**, *
 et in me canébant qui bibébant **vinum**.

Ant. 2

AN 58 (OCO vacat)

VI
 Propter i-nimí-cos me- os é- ri- pe me, Dómi-ne. *Ps.* Ego
 vero oratiónem meam **ad** te, **Dómine**; * in témpore beneplá-ci-ti,
 De- us. [flex]
 II

[Ego vero oratiónem meam ad te, Dómine; *
 in témpore benepláciti, Deus.]
 In multitudíne misericórdiæ tuæ exáudi me, *
 in veritáte **salútis** tuæ.
 Eripe me de luto, ut non infígar,
 erípiar ab iis **qui** odérunt me, *
 et de profúndis **aquárum**.

Non me demérgat fluctus **aquárum**,
 neque absórbeat **me** profúndum; *
 neque úrgeat super me púteus os **suum**.
 Exáudi me, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua; *
 secúndum multitudínem miseratiónum tuárum
 respice **in** me.
 Et ne avértas fáciem tuam a **púero** tuo, *
 quóniam tríbulor, velóciter exáudi me.
 Accéde ad ánimam meam, **víndica** eam, *
 propter inimícos meos **redime** me.
 Tu scis oppróbrium **meum** *
 et confusiónem meam et reveréntiam **meam**.
 In conspéctu tuo sunt omnes qui **tríbulant** me; *
 oppróbrium contrívit cor meum, *et* **elángui**.
 Et sustínui qui simul contristarétur, **et non fuit**, *
 et qui consolarétur, *et non* **invéni**.
 Et dedérunt in escam **meam** fel, *
 et in siti mea potavérunt **me** acéto.

Ant. 3

PM 156 (OCO 418)

VIII a
 Quæ-ri- te Dómi-num, et vi-vet á-nima vestra. *Ps.* Ego au-
 tem sum pauper et **do-** lens; * salus tua, Deus, **súscipit** me. [flex]
 III

[Ego autem sum pauper et dolens; *
 salus tua, Deus, súscipit me.]
 Laudábo nomen Dei cum **cántico**, *
 et magnificábo *eum* in **laude**.
 Et placébit Dómino **super taurum**, *
 super vítulum córnua producéntem et **úngulas**.
 Vídeant húmiles et læténtur; *
 quærite Deum, et **vivet** cor **vestrum**.

Quóniam exaudivit páuperes **Dóminus**, *
 et vinctos suos *non despéxit*.
 Laudent illum **cæli** et **terra**, *
 mária et ómnia reptília in eis.
 Quóniam Deus salvam fáciat **Sion**,
 et ædificábit civitátes **Iuda**; *
 et inhabitábunt ibi, et possidébunt *eam*.
 Et semen servórum eius hereditábunt *eam*, *
 et qui díligunt nomen eius habitábunt in *ea*

℣. Véniat super me misericórdia tua, Dómine.
 ℞. Salutáre tuum, secúndum elóquium tuum.

Ad Laudes matutinas ante diem 16 decembris

PSALMODIA

Ant. 1 AG 220 (cf. OCO 418)

VIII a 

Ti-bi so-li peccá-vi, Dómi-ne; mi-se-ré-re me- i. *Ps. Mi-*



serére mei, **De-** us, * secúndum misericórdi- am **tu-** am.

Psalmus 50

[Miserére mei, Deus, *
 secúndum misericórdiam tuam;]
 et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum *
 dele iniquitátem **meam**.
 Amplius lava me ab iniquitáte **mea**, *
 et a peccáto *meo munda* me.
 Quóniam iniquitátem meam ego **cognósc**o, *
 et peccátum meum contra *me* est **semper**.
 Tibi, tibi soli peccávi, *
 et malum *coram* te **feci**,

ut iustus inveniáris in senténtia **tua** *
 et æquus in iudício **tuo**.
 Ecce enim in iniquitáte generátus sum, *
 et in peccáto concépit me *mater mea*.
 Ecce enim veritátem in corde dilexísti, *
 et in occulto sapiéntiam manifestásti **mihi**.
 Aspérges me hyssópo, et mundábor; *
 lavábis me, et super nivem *dealbábor*.
 Audíre me fácies gáudium et lætítiam, *
 et exsultábunt ossa quæ humiliásti.
 Avérte fáciem tuam a peccátis **meis**, *
 et omnes iniquitátes *meas dele*.
 Cor mundum crea in me, **Deus**, *
 et spíritum firmum ínnova in viscéribus **meis**.
 Ne próicias me a fácie **tua**, *
 et spíritum sanctum tuum ne áuferas **a** me.
 Redde mihi lætítiam salutáris **tui**, *
 et spíritu promptíssimo **confirma** me.
 Docébo iníquos vias **tuas**, *
 et ímpii ad te *converténtur*.
 Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis **meæ**, *
 et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.
 Dómine, lábia mea **aperies**, *
 et os meum annuntiábit *laudem tuam*.
 Non enim sacrificío delectáris, *
 holocáustum, si ófferam, *non placébit*.
 Sacrificío Deo spíritus contribulátus, *
 cor contrítum et humiliátum, Deus, *non despícies*.
 Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua **Sion**, *
 ut ædificéntur muri **Ierúsalem**.
 Tunc acceptábis sacrificío iustítiae, oblatiões et holocáusta; *
 tunc impónent super altáre *tuum vítulos*.

Ant. 2 AG 578 (cf. OCO 418)

IV a 

Ne remi-niscá- ris, Dómi-ne, de- lícta me- a, vel pa-

rén-tum me- ó- rum: neque vindíctam su-mas de pec-cá- tis

me- is. C. Dedúcant óculi mei lácrimam per noctem et di- em, *

et non táce- ant. [flex]

Canticum

Ier 14: 17 21

[Dedúcant óculi mei lácrimam per noctem et diem, *
et non táceant,]
quóniam contritióne magna contríta est virgo fília pópuli **mei**, *
plaga péssima **veheménter**.
Si egressus fúero ad agros, ecce **occísi gládio**; *
et si introíero in civitátem, ecce **attenuáti fame**;
prophéta quoque et sacérdos **abiérunt** *
in terram *quam ignorábant*.
Numquid próciens abiecísti **Iudam**, *
aut Sion abomináta est **ánima tua**?
quare ergo **percussísti nos**, *
ita ut **nulla sit sánitas**?
Exspectávimus pacem, et **non est bonum**; *
et tempus curatiónis, et **ecce turbátio**.
Cognóvimus, Dómine, impietátes **nostras**,
iniquitátes **patrum nostrórum**, *
quia peccávimus **tibi**.
Ne des nos in oppróbrium propter **nomen tuum**, *
neque fácias nobis contuméliam sólii **glóriæ tuæ**;
recordáre, *
ne írritum fácias f dus **tuum nobíscum**.

Ant. 3

AG 556 (cf. OCO 418)

Su- á-vis est Dómi-nus, et in æ-térnum mi-se-ri-cór-di- a

e- ius. Ps. Iubiláte Dómino, omnis **ter-ra**, * servíte Dómino in

lætí-ti- a. [flex]

Psalmus 99

[Iubiláte Dómino, omnis terra, *
servíte Dómino in lætítia;]
introíte in conspéctu eius *
in exsultatióne.
Scitóte quóniam Dóminus ipse est **Deus**;
ipse fecit nos, et ipsíus **sumus**, *
pópulus eius et oves **páscuæ eius**.
Introíte portas eius in confessióne,
átria eius in **hymnis**, *
confitémini illi, benedícite **nómini eius**.
Quóniam suávis est Dóminus;
in ætérnum misericórdia eius, *
et usque in generatióne et generatióne **véritas eius**.

Ad Laudes matutinas post diem 16 decembris

PSALMODIA

Ant. 1

AG 317 (cf. OCO 374)

De Si- on vé-ni- et, qui regna-tú-rus est Dómi-nus: Em-

mánu- el ma-gnūm nomen e-ius. *Ps.* Mise-ré-re **me-** i, **De-** us, *

secúndum misericórdi- am **tu-** am.

Psalmus 50

[Miserére mei, Deus, *
secúndum misericórdiam tuam;]
et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum *
dele iniquitátem **meam**.
Amplius lava me ab iniquitáte **mea**, *
et a peccáto *meo* **munda** me.
Quóniam iniquitátem meam ego **cognó**sco, *
et peccátum meum contra *me* est **semper**.
Tibi, tibi **soli** peccávi, *
et malum *coram* te **feci**,
ut iustus inveniáris in **senténtia** tua *
et æquus in iudício **tuo**.
Ecce enim in iniquitáte **generátus** sum, *
et in peccáto concépit me *mater* **mea**.
Ecce enim veritátem in corde **dilexísti**, *
et in occúlto sapiéntiam **manifestásti** mihi.
Aspérges me hyssópo, **et mundábor**; *
lavábis me, et super nivem **dealbábor**.
Audíre me fácies gáudium **et lætítiam**, *
et exsultábunt ossa quæ **humiliásti**.
Avérte fáciem tuam a peccáti**s meis**, *
et omnes iniquitátes *meas* **dele**.
Cor mundum crea **in** me, **Deus**, *
et spíritum firmum ínno**va** in viscéribus **meis**.
Ne proícias me a **fácie** tua, *
et spíritum sanctum tuum ne **áuferas** a me.
Redde mihi lætítiam salutáris **tui**, *
et spíritu promptí**ssimo** **confírma** me.

Docébo iníquos **vias** tuas, *
et ímpii ad te **converténtur**.
Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis **meæ**, *
et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.
Dómine, lábia **mea** apéries, *
et os meum annuntiábit **laudem** tuam.
Non enim sacrificio **delectáris**, *
holocáustum, si ófferam, **non placébit**.
Sacrificium Deo spíritus **contribulátus**, *
cor contrítum et humiliátum, Deus, **non despícies**.
Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte **tua** Sion, *
ut ædificéntur muri **Ierúsalem**.
Tunc acceptábis sacrificium iustítiae, oblati**ones et** holocáusta; *
tunc impónent super altáre *tuum* **vítulos**.

Ant. 2

AG 318 (cf. OCO 374)

II

Constántes estó-te: vi-dé-bi-tis auxí-li- um Dó-mi-ni

su-per vos. *C.* Dedúcant óculi mei lácrimam per noctem et **di-**

em, * et **non táce-** ant. [flex]

Canticum

Ier 14: 17 21

[Dedúcant óculi mei lácrimam per noctem et diem, *
et non táceant,]
quóniam contritióne magna contríta est virgo fília pópuli **mei**, *
plaga péssima **veheménter**.
Si egréssus fúero ad agros, ecce occísi **gládio**; *
et si introíero in civitátem, ecce attenuáti **fame**;
prophéta quoque et sacérdos abiérunt *
in terram quam **ignorábant**.

Numquid próciens abiecísti **Iudam**, *
aut Sion abomináta est **ánima tua**?
quare ergo percussísti nos, *
ita ut nulla *sit sánitas*?
Exspectávimus pacem, et non est **bonum**; *
et tempus curatiónis, et ecce **turbátio**.
Cognóvimus, Dómine, impietátes **nostras**,
iniquitátes patrum **nostrórum**, *
quia **peccávimus tibi**.
Ne des nos in oppróbrium propter nomen **tuum**, *
neque fácias nobis contuméliam sólii glóriæ **tuæ**;
recordáre, *
ne írritum fácias f dus tuum **nobíscum**.

Ant. 3

AG 319 (cf. OCO 374)

IV b

E-go autem ad Dómi-num aspí-ci- am, et expectábo

De- um Salva-tó-rem me- um. *Ps.* Iubiláte Dómino, *omnis ter-*

ra, * servíte Dómino in læ-tí-ti- a. [flex]

Psalmus 99

[Iubiláte Dómino, omnis terra, *
servíte Dómino in lætítia;]
introíte in **conspéctu eius** *
in **exsultatióne**.
Scitóte quóniam Dóminus ipse est **Deus**;
ipse fecit nos, et **ipsíus sumus**, *
pópulus eius et **oves páscuæ eius**.

Introíte portas eius in confessióne,
átria eius in **hymnis**, *
confitémini illi, benedicite **nómini eius**.
Quóniam suávis est Dóminus;
in ætérnum **misericórdia eius**, *
et usque in generatióne et generatióne **véritas eius**.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21.

Psalmus 21 (I)

[Deus, Deus meus, quare me dereliquísti? *
Longe a salute mea verba rugítus mei.]
Deus meus, clamo per dñem, et non exáudis, *
et nocte, et non est réquies **mihi**.
Tu autem **sanctus es**, *
hábitans in láudibus **Israël**.
In te speravérunt patres **nostri**, *
speravérunt, et liberásti eos;
ad te clamavérunt, et salvi **facti sunt**, *
in te speravérunt, et non sunt **confúsi**.
Ego autem sum vermis et non **homo**, *
oppróbrrium hóminum et abiectio **plebis**.
Omnes vidéntes me derisérunt me; *
torquéntes lábia movérunt **caput**:
« Sperávit in Dómino, erípiat eum; *
salvum fáciat eum, quóniam **vult eum** ».
Quóniam tu es qui extraxísti me de **ventre**, *
spes mea ad úbera **matris meæ**.
In te proiéctus sum ex **útero**, *
de ventre matris meæ Deus **meus es tu**.
Ne longe fias a **me**, †
quóniam tribulátio **próxima est**, *
quóniam non est **qui ádiuvet**.

II

Circumdedérunt me vítuli multi, *
tauri Basan obsedérunt me.

Aperuérunt super me os **suum** *
 sicut leo rápiens et **rúgiens**.
 Sicut aqua **effúsus** sum, *
 et dissolúta sunt ómnia *ossa* **mea**.
 Factum est cor meum tamquam **cera** *
 liquescens in médio *ventris* **mei**.
 Aruit tamquam testa palátum **meum**, †
 et lingua mea adhêésit fáucibus **meis**, *
 et in púlverem mortis *deduxísti* me.
 Quóniam circumdedérunt me canes **multi**, *
 concílium malignántium *obsédit* me.
 Foderunt manus meas et pedes **meos**, *
 et dinumerávi ómnia *ossa* **mea**.
 Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt *me*. †
 Diviserunt sibi vestiménta **mea**, *
 et super vestem meam misérunt **sortem**.
 Tu autem, Dómine, ne elongáveris, *
 fortitúdo mea, ad adiuvándum *me* **festína**.
 Erue a frámea ánimam **meam**, *
 et de manu canis *únicam* **meam**.
 Salva me ex ore leónis, *
 et a córnibus unicórnium *humilitátem* **meam**.
 Narrábo nomen tuum frátribus **meis**, *
 in médio *ecclesiæ* **laudábo** te.

III

Qui timétis Dóminum, laudáte eum, *
 universum semen Iacob, glorificáte eum.
 Métuat eum omne semen **Israël**, *
 quóniam non sprexit neque despéxit afflictiónem **páuperis**,
 nec avértit fáciem suam ab **eo**, *
 et cum clamáret ad eum, *exaudívit*.
 Apud te laus mea in *ecclesiá* **magna**; *
 vota mea reddam in conspéctu timéntium **eum**.
 Edent páuperes et saturabúntur, †
 et laudábunt Dóminum qui requírunt eum: *
 « Vivant corda eórum in *sæculum* **sæculi** ».
 Remiscéntur et converténtur ad Dóminum univérsi fines **terræ**, *
 et adorábunt in conspéctu eius univérsæ *familiæ* **géntium**.
 Quóniam Dómini est **regnum**, *
 et ipse dominábitur **géntium**.
 Ipsum solum adorábunt omnes qui dórmiunt in **terra**; *
 in conspéctu eius prócident omnes

qui descéndunt *in* **púlverem**.
 Anima autem mea illi **vivet**, *
 et semen meum *sérviet* ipsi.
 Narrábitur de Dómino generatióni *ventúrae*, †
 et annuntiábunt iustítiam eius pópulo qui nascétur: *
 « Hæc *fecit* **Dóminus** ».

Ad Vesperas
Ante diem 17 decembris et in tempore Nativitatis

PSALMODIA

Ant. 1

Poissy MS, fo. 64^v, cf. AJ 1: 124 (cf. OCO 418)

III a

Omni-a quæcúmque vó-lu-it Dóminus fe-cit. *Ps.* Lau-
 dá-te **no-men** **Dómini**, * laudá-te, *ser-vi* **Dómi-ni**. [flex]

Psalmus 134 (I)

[Laudáte nomen Dómini, *
 laudáte, servi Dómini,]
 qui statis in **domo** **Dómini**, *
 in átriis domus *Dei* **nostri**.
 Laudáte Dóminum, quia **bonus** **Dóminus**; *
 psállite nómini eius, quóniam *suáve*.
 Quóniam Iacob elégit **sibi** **Dóminus**, *
Israël in *pecúlium* **sibi**.
 Quia ego cognóvi quod **magnus** est **Dóminus**, *
 et Deus noster *præ* **ómnibus** **diis**.
 Omnia quæcúmque vóluit **Dóminus**, †
 fecit in **cælo** **et in terra**, *
 in mari et in *ómnibus* **abýssis**.
 Addúcens nubes ab extréno *terræ*, †
 fúlgura in **plúviam** **facit**, *
prodúcit ventos de *thesáuris* **suis**.

Qui percússit primogénita **Ægýpti** *
 ab hómine *usque* ad **pecus**.
 Misit signa et prodígia in médio **tui**, **Ægýpte**, *
 in Pharaónem et in omnes *servos* eius.
 Qui percússit **gentes multas**, *
 et occídit *reges* **fortes**:
 Sehon regem Amorrhæórum, et Og **regem Basan**, *
 et ómnia *regna* **Chánaan**.
 Et dedit terram eórum **hereditátem**, *
 hereditátem Israël **pópulo suo**.

Ant. 2 AG 360 (cf. OCO 418)

VII b

Sci-tó-te qui-a Dóminus ipse est De-us, cu-ius no-
 men in æ-térnum. *Ps.* Dómine, nomen tuum in æ-tér-num; *

Dómine, memoriále tuum in generatióem et gene-**ra-** ti- **ó-** nem.

II

[Dómine, nomen tuum in ætérnum; *
 Dómine, memoriále tuum in generatióem et generatióem.]
 Quia iudicábit Dóminus **pópulum suum**, *
 et servórum suórum **miserébitur**.
 Simulácula géntium **argéntum** et **aurum**, *
 ópera **mánuum hóminum**.
 Os habent, et **non loquéntur**; *
 óculos habent, et **non vidébunt**;
 aures habent, et **non áudient**; *
 neque enim est spíritus in ore **ipsórum**.
 Símilis illis fiant qui **fáciunt ea**, *
 et omnes qui **confídunt** in eis.

Domus Israël, **benedícite Dómino**; *
 domus Aaron, **benedícite Dómino**;
 domus Levi, **benedícite Dómino**; *
 qui timétis Dóminum, **benedícite Dómino**.
 Benedíctus Dóminus ex **Sion**, *
 qui **hábitat** in Ierúsalem.

Ant. 3 MG 58 (cf. OCO 413)

IV a

Omnes gentes, quascúmque fe-cí-sti, vé-ni-ent, et
 a-do-rá-bunt coram te, Dómi-ne. *C.* Magna et mirabília sunt
 ó-pe-ra tu- a, * Dómine *De-* us omní-po-tens. [flex]

Canticum


Ap 15:3-4

[Magna et mirabília sunt ópera tua, *
 Dómine Deus omnípotens:]
 iustæ et veræ sunt *viæ tuæ*, *
rex sæculórum.
 Quis non timébit te, **Dómine**, *
 et magnificábit nomen **tuum**?
 quia solus pius es, †
 quóniam omnes gentes vénient *et adorábunt*
 in *conspéctu tuo*, *
 quóniam iudicia tua **manifésta** sunt.


Ad Vesperas post diem 16 decembris

PSALMODIA

Ant. 1 AG 317 (cf. OCO 374)



De Si- on vé-ni- et, qui regna-tú-rus est Dómi-nus: Em-

mánu- el ma-grum nomen e-ius. *Ps.* Laudá-te **nomen Dómini**, *laudá-te, *servi Dómini*. [flex]

Psalmus 134 (I)

[Laudáte nomen Dómini, *
 laudáte, *servi Dómini*,]
 qui statis in **domo Dómini**, *
 in átriis domus *Dei nostri*.

Laudáte Dóminum, quia **bonus Dóminus**; *
 psállite nómini eius, quóniam *suáve*.

Quóniam Iacob elégit **sibi Dóminus**, *
 Israël in *pecúlium sibi*.

Quia ego cognóvi quod **magnus est Dóminus**, *
 et Deus noster *præ ómnibus diis*.

Omnia quæcúmque vóluit *Dóminus*, †
 fecit in **cælo et in terra**, *
 in mari et in *ómnibus abýssis*.

Addúcens nubes ab extréno *terræ*, †
 fúlgura in **plúviam facit**, *
prodúcit ventos de thesáuris suis.

Qui percússit *primogénita Ægypti* *
 ab hómine *usque ad pecus*.


Misit signa et prodígia in médio **tui, Ægypte**, *
 in Pharaónem et in omnes *servos eius*.

Qui percússit **gentes multas**, *
 et occídít *reges fortes*:



Sehon regem Amorrhæórum, et Og **regem Basan**, *
 et ómnia *regna Chánaan*.

Et dedit terram eórum **hereditátem**, *
 hereditátem Israël *pópulo suo*.

Ant. 2 AG 318 (cf. OCO 374)



Constántes estó-te: vi-dé-bi- tis auxí- li- um Dó- mi- ni

su- per vos. *Ps.* Dómine, nomen tuum in **ætér-num**; * Dómine,memoriále tuum in generatiónem et genera-*ti- ó-* nem.

II

[Dómine, nomen tuum in **ætérnum**; *]

Dómine, memoriále tuum in generatiónem et generatiónem.]

Quia iudicábit Dóminus *pópulum suum*, *
 et *servórum suórum miserébitur*.

Simulácula *géntium argéntum et aurum*, *
ópera mánuum hóminum.

Os habent, et **non loquéntur**; *
óculos habent, et non vidébunt;

aures habent, et non áudient; *
 neque enim est *spíritus in ore ipsórum*.

Símiles illis fiant qui faciunt *ea*, *
 et omnes qui *confídunt in eis*.


Domus Israël, *benedícite Dómino*; *
 domus Aaron, *benedícite Dómino*;

domus Levi, benedicíte **Dó**mino; *
 qui tímétis Dóminum, benedicíte **Dó**mino.
 Benedíctus Dóminus ex **Sion**, *
 qui hábitat in **Ierúsalem**.

Ant. 3


AG 319 (cf. OCO 374)

IV b



E-go autem ad Dómi-num aspí-ci- am, et expectábo



De- um Salva-tó-rem me- um. C. Magna et mirabília sunt ó-pe-

 ra **tu-** a, * Dómine *De-* us omnípo-tens. [flex]

Canticum

Ap 15:3-4

[Magna et mirabília sunt ópera tua, *
 Dómine Deus omnípotens:]
 iustæ et veræ sunt *viæ tuæ*, *
rex sæculórum.

Quis non tímébit te, **Dó**mine, *
 et magnificábit nomen **tuum**?
 quia solus pius *es*, †
 quóniam omnes gentes vénient *et adorábunt*
 in conspéctu **tu**o, *
 quóniam iudicia tua manifésta sunt.

Ad Officium lectionum

PSALMODIA


Ant. 1


AN 80 (cf. OCO 418)

VI




Clama- vé-runt ad Dó- mi- num: et de ne-cessi- tá-



ti-bus e- ó-rum li-be- rá-vit e- os. *Ps.* Confitémini Dómino,


quóni-am **bo**-nus, * quóniam in sæculum misericórdi- a **e-** ius.



[flex]

Psalmus 106, I

[Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
 quóniam in sæculum misericórdia eius.]
 Dicant qui rquémpti **sunt** a **Dó**mino, *
 quos redémit de manu *adversárii*,
 et de regiónibus congregávit *eos*,
 a solis ortu et *occásu*, *
 ab aquilóne et **mari**.
 Erravérunt in solitúdine, **in** inaquóso, *
 viam civitátis habitatiónis non *invenérunt*.
 Esuriéntes **et sitiéntes**, *
 ánima eórum in *ipsis* defécit.
 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribularéntur, *
 et de necessitátibus eórum *erípuít eos*.

Et dedúxit eos in **viam rectam**, *
 ut irent in civitátem **habitatiónis**.
 Confíteántur Dómino propter **misericórdiam eius**, *
 et mirábilia eius in **fílios hóminum**;
 quia satiávit ánimam **sitiéntem**, *
 et ánimam esuriéntem **replévit bonis**.
 Sedéntes in ténebris et **umbra mortis**, *
 vincti in mendicitáte et **ferro**, *
 quia exacerbavérunt **elóquia Dei**, *
 et consilium **Altíssimi spreverunt**.
 Et humiliávit in labóribus **cor eórum**, *
 infirmáti sunt, nec fuit qui **adiuváret**.
 Et clamavérunt ad Dóminum, cum **tribularéntur**, *
 et de necessitátibus eórum **liberávit eos**.
 Et edúxit eos de ténebris et **umbra mortis**, *
 et víncula eórum **dirúpit**.
 Confíteántur Dómino propter **misericórdiam eius**, *
 et mirábilia eius in **fílios hóminum**;
 quia contrívit **portas aéreas**, *
 et vectes **férreos, confrégit**.

Ant. 2

AN 82 (OCO vacat)

VIII b

Ipsi vi-dé- runt ó-pe- ra De- i et mi-ra-bí- li- a e-ius.

Ps. Stulti facti sunt in via iniquitátis **su-** æ, * et propter iniustítias

su-as afflícti sunt. [flex]

II

[Stulti facti sunt in via iniquitátis suæ, *
 et propter iniustítias suas afflícti sunt.]

Omnem escam abomináta est ánima eórum, *
 et appropinquavérunt usque ad **portas mortis**.
 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribularéntur, *
 et de necessitátibus eórum **liberávit eos**.
 Misit verbum suum et sanávit eos, *
 et erípuit eos de interitió**nibus eórum**.
 Confíteántur Dómino propter **misericórdiam eius**, *
 et mirábilia eius in **fílios hóminum**.
 Et sacríficent sacrificium **laudis**, *
 et annúntient ópera eius in **exsultatióne**.
 Qui descéndunt mare in **návibus**, *
 faciéntes operatió**nem in aquis multis**.
 Ipsi vidérunt ópera **Dómini**, *
 et mirábilia eius **in profúndo**.
 Dixit et excitávit spíritum **procéllæ**, *
 et exaltáti sunt **fluctus eius**.
 Ascéndunt usque ad **cælos**,
 et descéndunt usque ad **abýssos**; *
 ánima eórum in malis **tabescébat**.
 Turbáti sunt et moti sunt sicut **ébrius**, *
 et omnis sapiéntia eórum **devoráta est**.
 Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur, *
 et de necessitátibus eórum **edúxit eos**.
 Et stáuit procéllam eius in **auram**, *
 et tacuérunt **fluctus eius**.
 Et lætáti sunt, quia siluérunt, *
 et dedúxit eos in portum **voluntátis eórum**.
 Confíteántur Dómino propter **misericórdiam eius**, *
 et mirábilia eius in **fílios hóminum**.
 Et exáltent eum in ecclésia **plebis**, *
 et in convéntu seniórum **laudent eum**.

Ant. 3


AN 83 (OCO vacat)

I a

Vi-dé-bunt re-cti et læ- ta-búntur, et in- tél-le-gent



mi-se-ri-córdi- as Dómi-ni. *Ps.* Pósu- it flúmina **in** desér-tum, *



et éxitus aquárum in si- tim.

III


[Pósuit flúmina in desértum, *
 et éxitus aquárum in sitim,]
 terram fructíferam **in** salsúginem, *
 a malítia inhabitántium in ea.
 Pósuit desértum in **stagna aquárum**, *
 et terram sine aqua in éxitus aquárum.
 Et collocávit illic **esuriéntes**, *
 et constituérunt civitátem habitatiónis.
 Et seminavérunt agros et plantavérunt **víneas**, *
 et fecérunt fructum in provéntum **suum**.
 Et benedíxit eis et multiplicáti sunt **nimis**, *
 et iuménta eórum non *minorávit*.
 Et pauci facti sunt, **et vexáti** sunt *
 a tribulatióne malórum *et dolóre*.
 Effúdit contemptiónem **super príncipes**, *
 et erráre fecit eos in desérto **ínv**io.
 Et suscepit páuperem **de inópia**, *
 et pósuit sicut *oves famílias*.
 Vidébunt recti **et lætabúntur**, *
 et omnis iníquitas oppilábit os **suum**.
 Quis sápiens, et custódiét hęc, *
 et intélleget misericórdias **Dómini**?

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA


Ant. 1

AG 319 (cf. OCO 374)




I b

De- us a Lí-ba-no vé-ni- et, et splendor e-ius sic-ut



lumen e-rit. *Ps.* Clamávi in toto corde, ex- **áudi** me, **Dómine**; *




iustificatiónes tu- as servá- bo.

Psalmus 118: 145 152 (Koph)


[Clamávi in toto corde, exáudi me, Dómine; *
 iustificatiónes tuas servábo.]
 Clamávi ad te, **salvum me** fac, *
 ut custódiam testimónia **tua**.
 Præveni dilúculo **et clamávi**, *
 in verba tua *supersperávi*.
 Prævenérunt óculi **mei vigílias**, *
 ut meditárer elóquia **tua**.
 Vocem meam audi secúndum misericórdiam **tuam**, **Dómine**, *
 secúndum iudícium tuum *vivífica* me.
 Appropinquavérunt persequéntes me **in malítia**, *
 a lege autem tua *longe* facti sunt.
 Prope **es** tu, **Dómine**, *
 et ómnia præcépta *tua* **véritas**.
 Ab inítio cognóvi de testimóniis **tuis**, *
 quia in ætérnum fundásti ea.

Ant. 2


AG 314 (cf. OCO 374)




Ro-rá- te cæ-li dé-su-per, et nubes plu- ant iustum: a-pe-



ri- á- tur ter- ra, et gérmí- net Salva- tó-rem. C. De- us patrum



meórum et Dómine mi-se-ricórdi-æ, * qui fecísti ómni- a verbo



tu- o. [flex]

Canticum


Sap 9: 1 6, 9 11

[Deus patrum meórum et Dómine misericórdiæ, *
 qui fecísti ómnia verbo tuo,]
 et sapiéntia tua constituísti **hó**minem, *
 ut dominarétur creatúræ, *quæ* a te **facta** est,
 ut dispónat orbem terrárum in æquitáte *et* **iustítia**, *
 et in directiône cordis iudícium **iú**dicet,
 da mihi sédium tuárum assistrícem **sapiéntiam**, *
 et noli me reprobáre a *púeris* **tuis**,
 quóniam servus tuus sum ego et fílius ancíllæ tuæ,
 homo infirmus et *exígui* **témporis**, *
 et minor ad intelléctum iudicíi et **legum**.
 Nam et si quis erit consummátus inter fílios **hó**minum,
 si ab illo abfúerit **sapiéntia tua**, *
 in *níhilum* computábitur.
 Et tecum sapiéntia tua, quæ novit *ópera* **tua**, *
 quæ et áffuit tunc cum orbem *terrárum* **fá**ceres,
 et sciébat quid esset plácitum *óculis* **tuis**, *
 et quid diréctum in *præcéptis* **tuis**.



Mitte illam de cælis *sanctis* **tuis** *
 et a sede magnitúdinis **tuæ**,
 ut mecum sit et *mecum* **labóret**, *
 ut sciam quid *accéptum* sit **apud** te.
 Scit enim illa ómnia et *intéllegit*,
 et dedúcet me in opéribus *meis* **só**brie, *
 et custódiét me in *sua* **poténtia**.

Ant. 3

AG 320 (cf. OCO 374)



Pa-rá- tus e-sto, Isra- ël, in occúrsum Dómi-ni, quó-

ni- am ve-nit. *Ps.* Laudá-te Dóminum, omnes **gentes**, * collau-dáte eum, omnes **pó**pu-li.

Psalmus 116

[Laudáte Dóminum, omnes gentes, *
 collaudáte eum, omnes pópuli;]
 quóniam confirmáta est super nos misericórdia **eius**, *
 et véritas Dómini manet in *æ***térnum**.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21.

Psalmus 118: 121–128 (Ain)

[Feci iudícium et iustítiam; *
 non tradas me calumniántibus me.]

Sponde pro servo **tuo** in **bonum**; *
 non calumniéntur *me* **supérbi**.
 Oculi mei defecérunt in desidério salutáris **tui** *
 et elóquii iustítiae **tuæ**.
 Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam **tuam**, *
 et iustificatiónes *tuas* **doce** me.
 Servus **tuus** sum **ego**; *
 da mihi intelléctum, ut sciam testimónia **tua**.
 Tempus faciéndi **Dómino**; *
 dissipavérunt *legem* **tuam**.
 Ideo diléxi præcépta **tua**, *
 super aurum *et obrýzum*.
 Propterea ad ómnia mandáta tua **dirigébar**, *
 omnem viam mendáccii **ódio hábui**.

Psalmus 33 (I)

Benedícam Dóminum in omni témpore, *
 semper laus eius in ore meo.
 In Dómino gloriábitur **ánima mea**, *
 áudiant mansuétii et **læténtur**.
 Magnificáte Dóminum **mecum**, *
 et exaltémus nomen eius in **idípsum**.
 Exquisívi Dóminum, **et exaudívit me**, *
 et ex ómnibus terróribus meis **erípuit me**.
 Respícite ad eum, et **illuminámini**, *
 et fácies vestræ non **confundéntur**.
 Iste pauper clamávit, †
 et Dóminus exaudívit **eum**, *
 et de ómnibus tribulatióibus eius salvávit **eum**.
 Vallábit ángelus Dómini in circúitu **timéntes eum**, *
 et erípiet **eos**.
 Gustáte et vidéte quóniam suávis est **Dóminus**; *
 beátus vir qui sperat *in eo*.
 Timéte Dóminum, **sancti eius**, *
 quóniam non est inópia timéntibus **eum**.
 Dívites eguérunt et **esuriérunt**, *
 inquiréntes autem Dóminum non defícient *omni bono*.

II

Veníte, fílii, audíte me: *
 tímórem Dómini docébo vos.
 Quis est homo **qui** vult **vitam**, *
 díligit dies ut **videat bonum**?
 Próhibe linguam **tuam** a **malo**, *
 et lábia tua ne loquántur **dolum**.
 Divérte a malo **et** fac **bonum**, *
 inquire pacem et perséquere **eam**.
 Oculi Dómini **super iustos**, *
 et aures eius in clamórem **eórum**.
 Vultus autem Dómini super faciéntes **mala**, *
 ut perdat de terra **memóriam eórum**.
 Clamavérunt, et Dóminus **exaudívit**, *
 et ex ómnibus tribulatióibus **eórum liberávit eos**.
 Iuxta est Dóminus iis qui **contríto** sunt **corde**, *
 et confráctos **spíritu salvábit**.
 Multæ tribulatiónes **iustórum**, *
 et de ómnibus his liberábit **eos Dóminus**.
 Custódit ómnia **ossa eórum**, *
 unum ex his **non conterétur**.
 Interficiet peccatórem **malítia**, *
 et qui odérunt iustum, **puniéntur**.
 Rédimet Dóminus **ánimas servórum suórum**, *
 et non puniéntur omnes qui **sperant in eo**.

DOMINICA HEBDOMADÆ IV


Ad I Vesperas

HYMNUS

PSALMODIA

Ant. 1

AG 326 (cf. OCO 373)



Ecce vé-ni- et de- si-de-rá- tus cunctis génti-bus: et
replé-bi- tur gló-ri- a domus Dó-mi- ni, al-le- lú- ia. *Ps.* Læ-
tá-tus sum in eo quod di-xé- runt **mi-** hi: * In domum Dómi-ni
í-bimus.

Psalmus 121

[Lætátus sum in eo quod dixerunt mihi: *
« In domum Dómini íbimus ».]
Stantes iam sunt **pedes nostri** *
in portis **tuis, Ierúsalem.**
Ierúsalem, quæ ædificáta **est** ut **cívitas** *
sibi compácta **in idípsum.**
Illuc enim ascendérunt tribus, **tribus Dómini,** *
testimónium **Israël,** ad confiténdum **nómini Dómini.**
Quia illic sedérunt sedes **ad iudícium,** *
sedes **domus David.**

Rogáte quæ ad pacem **sunt Ierúsalem,** *
secúri sint **diligéntes te.**
Fiat pax in **muris tuis,** *
et secúritas in **túrribus tuis.**
Propter fratres meos et **próximos meos** *
loquar: « Pax **in te!** »
Propter domum Dómini **Dei nostri** *
exquíram **bona tibi.**

Ant. 2

AG 318 (cf. OCO 373)

Ve-ni, Dómi-ne, et no-li tardá-re: re- lá-xa faci-no-ra
ple-bis tu- æ Isra- ël. *Ps.* De profúndis clamávi **ad te, Dómine;** *
Dómine, exáudi vocem **me-** am. [flex]

Psalmus 129

[De profúndis clamávi ad te, Dómine; *
Dómine, exáudi vocem meam.]
Fiant aures tuæ **intendéntes** *
in vocem deprecatiónis **meæ.**
Si iniquitátes observáveris, **Dómine,** *
Dómine, **quis sustinébit?**
Quia apud te propitiátio est, *
et **timébitus** te.
Sustínui te, **Dómine;** †
sustínuit ánima mea in **verbo eius,** *
sperávit ánima **mea** in **Dómino.**
Magis quam custódes **auróram,** *
speret **Israël** in **Dómino.**

Quia apud Dóminum misericórdia, *
et copiósa apud eum redémptio.
Et ipse rédimet **Israël** *
ex ómnibus iniquítatibus eius.

Ant. 3

AG 313 (cf. OCO 373)

Ecce iam ve-nit ple-ni-tú-do témpo-ris, in quo mi-sit
De-us Fí-li-um su-um in terras. C. **Christus** Iesus, cum in for-
ma De-i es-set, * non rapínam arbitrátus est esse se æquá-lem

De- o. [flex]

Canticum

Phil 2:6-11

[Christus Iesus, cum in forma Dei esset, *
non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo,]
sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, †
in similitúdinem hóminum **factus** *
et hábitu invéntus ut **homo**.
Humiliávit semetípsum †
factus obcédiens usque ad **mortem**, *
mortem **autem crucis**.
Propter quod et Deus exaltávit illum †
et donávit illi **nomen**, *
quod est super **omne nomen**,
ut in nómine Iesu omne genu flectátur *
cæléstium, terréstrium et **infernórum**,

et omnis lingua confiteátur *
quia Dóminus Iesus Christus in glória est **Dei Patris**.

LECTIO BREVIS

Ipse Deus pacis sanctíficet vos per ómnia, ut ínteger spíritus vester; et ánima et corpus sine queréla in advéntu Dómini nostri Iesu Christi servétur. Fidélis est qui vocávit vos, qui étiam fáciét.

In loco R̄ breve, cantari potest: Poissy MS, fo. 16^r; AJ 1:160 (POP 690)

R̄. Ec-ce appa-ré-bit Dó-mi-nus su-
per nubem cán-di-dam et cum e-o Sanctó-rum míl-
li a, ha-bens in vestimén-to et in fé-mo-re su-o
scri-ptum: * Rex re-gum et Dó-mi-nus do-
mi-nán-ti-um. V̄. Appa-ré-bit in fi-nem, et

non men-ti-é-tur: si mo-ram fé-ce-rit, expécta e-um, qui-



a ve-ni- ens vé-ni- et. * Rex. [Gló-ri- a. * Rex.]

Ad Magnificat, antiphona de die currente, p. 68ss.

PRECES

Christum Dóminum, fratres caríssimi, ex Vírgine María natum,
 húmiles deprecémur lætantésque vocémus: Veni, Dómine Iesu.
 Fili Dei unigénite, qui ventúrus es ut verus ángelus testaménti,
 — ac ut mundus te suscípiat et agnóscat.
 Qui génius in sinu Patris, incarnári venísti ex María Vírgine,
 — ab omni corruptióne humánæ condicióne nos élue.
 Qui, vita cum sis, venísti mortem perférre,
 — tríbue nobis nihil de mortis damnatióne sentíre.
 Et quia meces tua ad iudícium tecum véniet, píetas tua consuéta tunc
 nobis occúrrat in múnere,
 — quæ nostrum sólita est semper renovére languórem.
 Christe Dómine, qui morte tua mórtis tua mórtuis subvenísti,
 — pro defúntis nos orántes exáudi.
 Pater noster *in tono solemni*.

Oratio

Grátiam tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infúnde: ut
 qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatióne cognóvimus;
 per passióne eius et cruce ad resurrectiós glóriam perducámur:
 Per Dóminum.

Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 4a, p. 1114) Poissy MS, fo. 23v; cf. AJ 1: 179 (POP 690)




IV a Ecce iam ve-nit ple- ni- tú-do témpo-ris, in



quo mi- sit De- us Fí- li- um su- um na- tum de Vírgi-



ne, fa-ctum sub le- ge: Ve- ní- te, ad- o-rémus. *Ps.* Ve-



ní-te.

Ad Officium lectionum


PSALMODIA

Ant. 1


PM 31 (OCO 371)



I b Vé-ni- et ec- ce rex excél- sus cum po- tes- tá- te



magna, ad sal- vándas gentes, al- le- lu- ia. *Ps.* Dómini est terra



et pleni- túdo e- ius * orbis terrárum et qui hábitant in e- o. [flex]

Psalmus 23

[Dómini est terra et plenitúdo eius, *
 orbis terrárum et qui hábitant in eo.]
 Quia ipse super mária fundávit eum, *
 et super flúmina firmávit eum.

Quis ascéndet in **montem Dómini**, *
aut quis stabit in loco *sancto eius*?
Innocens mánibus et mundo corde,
qui non accépit in vanum **nomen eius**, *
nec iurávit in **dolum**.
Hic accípiet benedicti^onem a **Dómino**, *
et iustificati^onem a Deo salutári **suo**.
Hæc est generátio quæréntium **eum**, *
quæréntium fáciem *Dei Iacob*.
Attóllite, portæ, **cápita vestra**, *
et elevámini, portæ æternáles, et introíbit rex **glóriæ**.
Quis est iste rex **glóriæ**? *
Dóminus fortis et potens, Dóminus potens in **prælio**.
Attóllite, portæ, cápita *vestra*,
et elevámini, portæ æternáles, *
et introíbit rex **glóriæ**.
Quis est iste rex **glóriæ**? *
Dóminus virtútum ipse *est rex glóriæ*.

Ant. 2

PM 35 (OCO 371)

I b



Gau-de et læ-tá-re, fí-li-a Si-on, qui-a ecce



e-go vé-ni-o, et ha-bi-tá-bo in mé-di-o tu-i, di-cit



Dómi-nus. *Ps.* Iubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite glóri-



æ nóminis e-ius, * glori-ficáte *laudem e-ius*.


Psalmus 65, I

[Iubiláte Deo, omnis terra,
psalmum dícite glóriæ nóminis eius, *
glorificáte laudem eius.]
Dícite Deo: « Quam terríbilía sunt **ópera tua**. *
Præ multitudíne virtútis tuæ blandiéntur tibi inimíci **tui**.
Omnis terra adóret te et **psallat tibi**, *
psalmum dicat nómini **tuo** ».
Veníte, et vidéte **ópera Dei**, *
terríbilis in adinventi^onibus super **fílios hóminum**.
Convértit mare in **áridam**,
et in flúmine pertransíbunt **pede**; *
ibi lætábimur in **ipso**.
Qui domináitur in virtúte sua in **æternum**,
óculi eius super **gentes respíciunt**; *
rebélles non exalténtur in **semetípsis**.
Benedícite, gentes, **Deum nostrum**, *
et audítam fácite vocem *laudis eius*;
qui pósuit ánimam **nostram ad vitam**, *
et non dedit in commoti^onem **pedes nostros**.
Quóniam probásti nos, **Deus**; *
igne nos examinásti, sicut examináitur **argéntum**.
Induxísti **nos in láqueum**, *
posuísti tribulati^ones in **dorso nostro**.
Imposuísti hómines super cápita *nostra*,
transívimus per **ignem et aquam**, *
et eduxísti nos in **refrigérium**.


Ant. 3

PM 37 (OCO 371)


IV a



In ad-vén-tu summi Re-gis mundéntur cor-da



hó-mi-num, ut digne ambu-lé-mus in occúrsum il-lí-us



qui- a ecce vé- ni- et et non tra-dá-bit. *Ps.* Introíbo in domum
tuam in *ho-locáustis*; * reddam tibi vo-ta **me-** a. [flex]

II

[Introíbo in domum tuam in holocáustis; *
reddam tibi vota mea,]
quæ protulérunt *lábia mea*, *
et locútum est os meum in tribulatióne **mea**.
Holocáusta medulláta offeram tibi cum incénso **aríetum**, *
offeram tibi *boves* cum **hircis**.
Veníte, audíte,
et narrábo, omnes qui *timétis Deum*, *
quanta fecit *ánimæ meæ*.
Ad ipsum ore meo *clamávi*, *
et exaltávi *in lingua mea*.
Iniquitátem si aspéxi in *corde meo*, *
non *exáudiet Dóminus*.
Proptérea *exáudívit Deus*, *
atténdit voci *deprecatiónis meæ*.
Benedíctus Deus, qui non amóvit oratióne**m meam** *
et *misericórdiam suam a me*.

Versus de die occurrenti.


Responsoria prolixa: post Lectionem primam, Rorate cæli, AJ 1:620 (LH 1: 262); post Lectionem secundam, Ecce apparebit, ut ad I Vesperas, p. 616 (POP 689)

Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1

AG 325 (cf. OCO 373)



I b
Cáni- te tu- ba in Si- on, qui- a prope est di- es
Dó- mi- ni: ec-ce vé- ni- et ad sal-ván-dum nos,
al-le- lú- ia, al-le- lú- ia. *Ps.* Confitémini Dómino, **quóni- am**
bo- nus, * quóniam in sáculum *misericórdi- a e- ius*. [flex]

Psalmus 117

[Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sáculum *misericórdia eius*.]
Dicat nunc *Israël*, **quóniam bonus**, *
quóniam in sáculum *misericórdia eius*.
Dicat nunc **domus Aaron**, *
quóniam in sáculum *misericórdia eius*.
Dicant nunc qui **timént Dóminum**, *
quóniam in sáculum *misericórdia eius*.
De tribulatione *invocávi Dóminum*, *
et *exáudívit me edúcens in latitúdinem Dóminus*.
Dóminus mecum, *
non *timébo quid fáciat mihi homo*.
Dóminus mecum adiútor meus, *
et ego *despíciam inimícos meos*.

Bonum est confúgere ad **Dóminum**, *
 quam confídere in **hómine**.
 Bonum est confúgere ad **Dóminum**, *
 quam confídere in **príncipibus**.
 Omnes gentes **circuíerunt** me, *
 et in nómine **Dómini excídi** eos.
 Circumdántes **circumdedérunt** me, *
 et in nómine **Dómini excídi** eos.
 Circumdedérunt me sicut **apes**,
 et exarsérunt sicut **ignis in spinis**, *
 et in nómine **Dómini excídi** eos.
 Impelléntes impulérunt **me**, ut **cáderem**, *
 et **Dóminus adiúvit** me.
 Fortitúdo mea et laus **mea Dóminus**, *
 et factus est mihi in **salútem**.
 Vox iubilatiónis **et salútis** *
 in **tabernáculis iustórum**.
 Déxtera **Dómini** fecit **virtútem**,
 déxtera **Dómini exaltávit** me; *
 déxtera **Dómini** **fecit virtútem**.
 Non **móriar**, sed **vivam**, *
 et narrábo **ópera Dómini**.
 Castígans castigávit me **Dóminus**, *
 et morti non **trádidit** me.
 Aperíte mihi **portas iustítiae**, *
 ingrédus in eas **confitébor Dómino**;
 hæc **porta Dómini**, *
 iusti **intrábunt** in **eam**.
 Confitébor tibi, quóniam **exaudísti** me, *
 et factus es mihi in **salútem**.
 Lápidem quem reprobavérunt **ædificántes**, *
 hic factus est in **caput ánguli**;
 a **Dómino** factum est **istud**, *
 et est mirábile in **óculis nostris**.
 Hæc est dies quam **fecit Dóminus**: *
 exsultémus et lætémur in **ea**.
 O **Dómine, salvum me** fac; *
 o **Dómine, da prosperitátem**.
 Benedíctus qui venit in **nómine Dómini**. *
 Benedícimus vobis de **domo Dómini**.

Deus **Dóminus** et **illúxit nobis**. *
 Instrúite sollemnitátem in ramis **condénsis**,
 usque ad **córnu altáris**.
 Deus meus es tu, et **confitébor tibi**, *
 Deus meus, et **exaltábo** te.
 Confitémini **Dómino, quóniam bonus**, *
 quóniam in **sæculum misericórdia eius**.

Ant. 2

AG 326 (cf. OCO 373)

I b

Dó-mi-nus vé-ni- et, occúrri-te il-li, di-céntes: Ma-
 gnum princí-pi- um, et regni e- ius non e- rit fi- nis:
 De- us for-tis, domi-ná-tor, princeps pa-cis, al-le- lú- ia, al-
 le- lú-ia. C. Benedíctus es, Dómine Deus **patrum nostró- rum**, *
 et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in **sæcu-la**. [flex]

Canticum

Dan 3: 52 57

[Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum, *
 et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in **sæcula**];
 et benedíctum nomen glóriæ **tuæ sanctum**, *
 et laudábile et superexaltátum in **ómnibus sæculis**.
 Benedíctus es in templo sancto **glóriæ tuæ**, *
 et superlaudábilis et supergloriósus in **sæcula**.

Benedíctus es in throno **regni tui**, *
 et superlaudábilis et superexaltátus in **sæcula**.
 Benedíctus es, qui intuéris abýssos
 et sedes **super chérubim**, *
 et laudábilis et superexaltátus in **sæcula**.
 Benedíctus es in firmaménto **cæli**, *
 et laudábilis et gloriósus in **sæcula**.
 Benedícite, ómnia ópera **Dómini, Dómino**; *
 laudáte et superexaltáte *eum* in **sæcula**.

Ant. 3

AG 327 (cf. OCO 373)

II

Omní-po-tens sermo tu-us, Dómine, a re-gá-li-bus
 sé-di-bus ve-nit, al-le-lú-ia. *Ps.* Laudáte Dóminum in san-
 ctuário **e-** ius, * laudáte eum in firmaménto virtútis **e-** ius. [flex]

Psalmus 150

[Laudáte Dóminum in sanctuário eius, *
 laudáte eum in firmaménto virtútis eius.]
 Laudáte eum in magnálibus **eius**, *
 laudáte cum secúndum multitudínem magnitúdinis eius.
 Laudáte eum in sono **tubæ**, *
 laudáte eum in psaltério *et cíthara*,
 laudáte eum in týmpano *et choro*, *
 laudáte eum in chordis *et órgano*,
 laudáte eum in cýmbalis benesonántibus,
 laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: *
 omne quod spirat, laudet **Dómínium**.

LECTIO BREVIS

Hora est iam vos de somno súrgere, nunc enim própior est nobis
 salus quam cum credídimus. Nox procéssit, dies autem appropriávit.
 Abiciámus ergo ópera tenebrárum et induámur arma lucis.

Ad Benedictus, ant.

In anno A (p. 1164):

AG 621 (cf. OCO 373)

VII a


Io- seph, fi-li Da-vid, no-li timé- re accí-pe-re
 Ma-rí- am cón-iu-gem tu- am: quod e-nim in e- a- na- tum
 est, de Spí-ri- tum Sancto est, alle- lú-ia. *C.* Be-ne-díctus Dó-
 mi-nus De- us Isra- òl, * quia visitávit et fecit redemptiónem
 ple-bis su- æ.

In anno B (p. 1137):


AG 327 (cf. OCO 373)

I b


Ave, Ma-rí- a, grá- ti- a plena: Dómi-nus te-cum: be-



ne-dícta tu in mu-li- é- ri-bus, alle- lú- ia. C. Be-ne-díctus




Dómi-nus De- us Isra- òl, * quia visitávit et fecit redemptiónem



ple- bis su- æ.

In anno C (p. 1137):

AG 323 (cf. OCO 373)



I b


Ex quo fa-cta est vox sa-lu- ta- ti- ó-nis tu- æ in



áuri-bus me- is, exsul-tá- vit in gáudi- o in-fans in ú- te-



ro me- o, alle- lú-ia. C. Be-nedíctus Dómi-nus De- us Is-ra-



òl, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

Preces

Dóminum Iesum Christum, fratres caríssimi, deprecémur, qui est iudex vivórum et mortuórum, ipsi dicétes: *Veni, Dómine Iesu.* Christe Dómine, qui peccatóres salváre venísti,

— nos ab omni tentatiónum adversitaté defénde.
 Qui ad iudícium maniféste ventúrus esse créderis,
 — poténtiam tuæ salvatiónis in nobis osténde.
 Da nobis legis tuæ præcépta virtúte Spíritus custodíre,
 — ut advéntum tuum in caritaté præstolári possímus.
 Tu, qui es benedíctus in sæcula, fac ut per misericórdiam tuam pie et sóbrie in hoc sæculo vivámus,
 — exspectántes beátam spem et advéntum magnificéntiæ tuæ.
 Pater noster *in tono solemni.*

Ad Horam mediam

PSALMODIA

Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21.

Psalmus 22

[Dóminus pascit me, et nihil mihi déerit: *
 † in páscuis viréntibus me collocávit,
 super aquas quiétis edúxit me, *
 ánimam meam refécit.]
 Dedúxit me super sémitas iustítiæ *
 propter nomen suum.
 Nam et si ambulávero in valle umbræ mortis, non timébo mala, *
 quóniam tu mecum es.
 Virga tua et báculus tuus *
 ipsa me consoláta sunt.
 Parásti in conspéctu meo mensam *
 advérsus eos qui tríbulant me;
 impinguásti in óleo caput meum, *
 et calix meus redúndat.
 Etenim benignitas et misericórdia subsequéntur me *
 ómnibus diébus vitæ meæ,
 et inhabitábo in domo Dómini *
 in longitúdinem diérum.

Psalmus 75 (I)

Notus in Iudæa Deus, *
 in Israél magnum nomen eius.
 Et est in Salem tabernáculum eius, *
 et habitátio eius in Sion.

Ibi confrégit coruscatiónes **arcus**, *
 scutum, gládium et **bellum**.
 Illúminans tu, Mirábilis, a móntibus **direptiónis**; *
 spoliáti sunt **poténtes corde**.
 Dormiérunt **somnum suum**, *
 et defecérunt omnes viri fortes **mánibus suis**.
 Ab increpatióne tua, **Deus Iacob**, *
 dormitavérunt **currus et equi**.

II

Tu terríbilis es, et quis resístet tibi? *
 Ex tunc ira tua.
 De cælo audítum fecísti **iudícium**; *
 terra trémuit *et* quiévit,
 cum exsúrgeret in iudícium **Deus**, *
 ut salvos fáceret omnes mansuétos **terræ**.
 Quóniam furor hóminis confitébitur **tibi**, *
 et reliquiæ furóris them festum **agent tibi**.
 Vovéte, et réddite Dómino Deo **vestro**, *
 omnes in circúitu eius áfferant **múnera Terríbili**,
 ei qui aufert spíritum **príncipum**, *
 terríbili apud **reges terræ**.

LECTIO BREVIS

Ad Tertiam

Sicut in die honéste ambulémus: † non in comissatió nibus et ebrietátibus, non in cubílibus et impudicítiis, non in contentióne et æmulatióne: sed indúite Dóminum Iesum Christum.

Ad Sextam

Abundáre vos fáciat Dóminus caritáte in ínvicem et in omnes, † quæmádmódu m et nos in vos, ad confirmánda corda vestra sine queréla in sanctitáte ante Deum et Patrem nostrum: in advéntu Dómini nostri Iesu cum ómnibus sanctis eius.

Ad Nonam

Iustum est apud Deum retribuere vobis, † qui tribulámini, réquiem nobíscum in revelatióne Dómini Iesu de cælo cum ángelis

virtútis eius: cum vénerit glorificári in sanctis suis et admirábilis fíeri in ómnibus, qui credidérunt.

Ad II Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1

AG 319 (cf. OCO 373)

Intu- émi-ni quam glo-ri- ó-sus sit iste, qui ingré-di-

tur ad salvándas pópu-los. *Ps.* Di-xit Dóminus Dómino **me-** o: *

Sede *a* dextris **me-** is. [flex]

Psalmus 109: 1–5, 7

[Dixit Dóminus Dómino meo: *

Sede a dextris meis,]

donec ponam inimícos **tuos** *

scabéllum *pedum tuórum* ».

Virgam poténtiæ tuæ emittet Dóminus ex **Sion**: *

domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum principátus in die virtútis tuæ, †

in splendóribus **sanctis**, *

ex útero matutíni velut *rorem génu* te.

Iurávit Dóminus et non pænitébit **eum**. *

« Tu es sacérdos. in ætérnum

secúndum *órdinem Melchisedech* ».

Dóminus a *dextris tuis*, *

conquassábit in die *iræ* suæ **reges**.

De torrénite in *via bibet*, *

proptérea **exaltábit caput**.

Ant. 2

AG 326 (cf. OCO 373)

I b

E- runt pra- va in di- ré-cta et áspe- ra in vi- as

pla-nas: ve- ni, Dómi-ne, et no- li tardá- re, al-le- lú- ia.

Ps. Be- á-tus vir qui *ti*-met **Dó**mi-num, * in mandátis eius *cu*-pit

ni- mis. [flex]

Psalmus 112

[Beátus vir qui **timet Dó**minum, *
in mandátis eius *cupit nimis*.]

Potens in terra erit **semen eius**, *
generátio rectórum *benedicétur*.

Glória et divítiæ in **domo eius**, *
et iustítia eius manet in *sæculum sæculi*.

Exórtum est in ténebris **lumen rectis**, *
miséricors et miserátor et **iustus**.

Iucúndus homo qui miserétur et *commodat*, †
dispónet res suas **in iudício**, *
quia in ætérnum non *commovébitur*.

In memória ætérna erit **iustus**, *
ab auditióne mala *non timébit*.

Parátum cor eius, sperans in *Dómino*, †
confirmátum est cor eius, **non timébit**, *
donec despíciat *inimicos suos*.

Distríbuit, dedit paupéribus; †
iustítia eius manet in **sæculum sæculi**, *
cornu eius exaltábitur in **glória**.

Peccátor vidébit et irascétur, †
déntibus suis fremet **et tabéscet**. *
Desidérium peccatórum *períbit*.

Ant. 3

AM Var 14

V

Mul-ti-pli-cá- bi- tur e- ius impé- ri- um, et pa- cis

non e- rit fi- nis, al-le-lú- ia.

Canticum

Ap 19: 1-7

V

Allelú- ia. Salus et gló-ri- a et virtus De- o nostro est, *


℟Alle-lú-ia. Qui- a vera et iusta iudíci- a sunt e-ius. ℟ Allelú-

ia, al- le- lú-ia. Alle-lú- ia. Laudem di-ci-te De- o nostro,


omnes ser- vi e-ius, * ℟ Alle-lú-ia. et qui timé-tis e-um pusílli



et magni. **R̄ Allelú- ia, al-le- lú-ia.** Allelú- ia. Quóni-am



regnávit Dóminus De-us noster omní-po-tens, **R̄ Al-le-lú-ia.**



Gaude- ámus et exsultémus et demus gló-ri- am e- i. **R̄ Allelú-**




ia, al- le- lú-ia. Alle-lú- ia. Qui- a venérunt núpti- æ Agni *



R̄ Alle-lú-ia. Et uxor e-ius præpa-rá-vit se. **R̄ Allelú- ia, al-**




le- lú-ia. Allelú- ia. Gló-ri- a Patri et Fí- li- o, * **R̄ Al-le-**




lú-ia. Et Spí-ri-tu- i Sancto. **R̄ Alle-lú- ia, al- le- lú-ia.**



Allelú- ia. Si-cut e- rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, *



R̄ Alle-lú-ia. Et in sæcu-la sæculó-rum. Amen. **R̄ Allelú- ia,**



al- le- lú-ia. *Repetitur antiphona.*

LECTIO BREVIS

Gaudéte in Dómino semper, íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus prope est.

Ad Magnificat, antiphona de die currente, p. 68ss.

PRECES

Christum Redemptórem, fratres caríssunum exorémus, qui venit ad salvándos hómines, eíque fidénter dicámus: *Veni, Dómine Iesu.* Christe Dómine, qui per suscéptæ mystérium carnis notam fecísti mundo glóriam tuæ divinitátis,
— vivífica nos advéntu tuo.
tu, qui suscepísti infirmitátem nostram,
— concéde nobis misericórdiam tuam.
Qui, primo advéniens húmilis, redemísti mundum a crímine,
— secúndo advéniens, iustifica nos ab omni reátu.
Tu, qui vivis et ómnis regis,
— in bonitáte tua fac nos accédere ad ætérnam hereditátem.
Qui sedes ad délixteram Patris,
— lumine vultus tui ánimas defunctórum lætífica.
Pater noster *in tono solemni.* *Oratio ut ad I Vesperas, p. 617.*


FERIA II HEBDOMADÆ IV

Ad Officium lectionum


PSALMODIA

Ant. 1


AG 226 (cf. OCO 419)



Quam bo- nus Isra- ël De- us, his qui re-cto sunt corde.



Ps. Mei autem pæne moti sunt **pe-** des, * pæne effúsi sunt *gress-*



sus **me-** i.

Psalmus 72, I

[Quam bonus rectis est Deus, *

Deus his qui mundo sunt corde!

Mei autem pæne moti sunt **pedes**, *

pæne effúsi sunt *gressus mei*.]

Quia zelávi super gloriántes, *

pacem peccatórum **videns**.

Quia non sunt eis impediménta, *

sanus et pinguis est venter eórum.

In labóre mortálium **non** sunt, *

et cum homínibus non *flagellántur*.

Ideo quasi torques est eis **supérbia**, *

et tamquam indumentum operuit eos *violéntia*.

Prodit quasi ex ádipe iníquitas eórum, *

erúmpunt cogitátiones **cordis**.

Subsannavérunt, et locúti sunt **nequítiam**, *

iniquitátem in excélsó locúti sunt.

Posuérun in cælo os **suum**, *

et lingua eórum transívit in **terra**.

Psalmus 43, I

[Deus, áuribus nostris audívimus; *
 patres nostri annuntiavérunt nobis]
 opus quod operátus es in diébus eórum, *
 in diébus antíquis.
 Tu manu tua gentes depulísti, et plantásti illos, *
 afflixísti pópulos, et dilatásti eos.
 Nec enim in gládio suo possedérunt terram, *
 et bráccium eórum non salvávit eos;
 sed délixtera tua et bráccium tuum et illuminátio vultus tui, *
 quóniam complacuísti in eis.
 Tu es rex meus et Deus meus, *
 qui mandas salútes Iacob.
 In te inimícos nostros proiécimus; *
 et in nómine tuo conculcávimus insurgéntes in nobis.
 Non enim in arcu meo sperábo, *
 et gladius meus non salvábit me.
 Tu autem salvásti nos de affligéntibus nos, *
 et odiéntes nos confudísti.

In Deo gloriábitur **tota die**, *
et in nómine tuo confitébimur in **sæculum**.

Ant. 2 AJ 1; 66, cf. Poissy MS, fo. 64^r (OCO vacat)

VI



Dómi-ne, re-fú-gi- um fa-ctus es no-bis. *Ps.* Nunc autem
reppulísti **et** confudísti nos, * et non egrediéris, Deus, cum virtú-
ti-bus **no**-stris.


II

[Nunc autem reppulísti et confudísti nos, *
et non egrediéris, Deus, cum virtútibus nostris.]
Convertísti nos retrórsum coram inimícis **no**stris, *
et qui odérunt nos diripuérunt **sibi**.
Dedísti nos tamquam oves **ad** *vescéndum*, *
et in géntibus *dispersísti* nos.
Vendidísti pópulum tuum **sine** *lucro*, *
nec dítiór factus es in commutatióne eórum.
Posuísti nos oppróbrium vicínis **no**stris, *
subsannátionem et derísus his qui sunt in circúitu **no**stro.
Posuísti nos similitúdinem in géntibus, *
commotióne *cápitis* in **pópulis**.
Tota die verecúndia mea **contra** *me* est, *
et confúsió faciéi meæ *coopéruit* me,
a voce exprobrántis **et** obloquéntis, *
a facié inimíci *et* **ultóris**.

Ant. 3

OHS 39 (OCO vacat)

I c



Exsurge, Domi-ne, et iu-di-ca causam me-am. *Ps.* Hæc
ómnia venérunt super *nos*, nec ob-lí-ti sumus te; * et iníque
non égimus in testaméntum **tu**- um.

III


[Hæc ómnia venérunt super nos,
nec oblíti sumus te; *
et iníque non égimus in testaméntum tuum.]
Et non recéssit **retro** cor **no**strum, *
nec declinavérunt gressus nostri a *via* **tua**;
sed humiliásti nos in **loco** *vúlpium*, *
et operuísti nos *umbra* **mortis**.
Si oblíti fuérimus nomen **Dei** **no**stri, *
et si expandérimus manus nostras ad deum *aliénum*,
nonne Deus **requíret** *ista*? *
Ipse enim novit *abscóndita* **cordis**.
Quóniam propter te mortificámur **tota die**, *
æstimáti sumus sicut oves *occisiónis*.
Evígila, quare **obdórmis**, **Dómine**? *
exsúrge, et ne repéllas in **finem**.
Quare faciém **tuam** *avértis*, *
oblívisceris inópiæ nostræ et tribulatiónis **no**stræ?
Quóniam humiliáta est in púlvere **ánima** **no**stra, *
conglutinátus est in terra *venter* **noster**.
Exsúrge, Dómine, **ádiuva** nos; *
et rédime nos propter *misericórdiam* **tuam**.

Ad Laudes matutinas ante diem 24 decembris

PSALMODIA

Ant. 1


AG 318 (cf. OCO 374)




Ad te, Dómi-ne, le-vá-vi á-ni-mam me- am: ve- ni,



et é-ri-pe me: Dómi-ne, ad te confú-gi. Ps. Dómine, exáudi



oratió-nem me- am, áuribus pércipe obsecratió-nem meam in ve-



ri-tá-te tu- a; * exáudi me in tu- a iustíti- a.

Psalmus 142: 1 11

[Dómine, exáudi oratió-nem meam,
áuribus pércipe obsecratió-nem meam in veritá-te tua; *
exáudi me in tua iustítia.]

Et non intres in iudícium cum *servo tuo*, *
quia non iustificábitur in conspéctu tuo omnis *vivens*.

Quia persecú-tus est inimícus ánimam meam,
contrívit in terra *vítam meam*, *
collocávit me in obsúris sicút mórtuos a *sæculo*.

Et anxiátus est in me *spíritus meus*, *
in médio mei obríguít cor meum.

Memor fui diérum antiquórum,
meditátus sum in ómnibus opéribus tuis, *
in factis mánuum tuárum *recogitábam*.

Expándi manus *meas ad te*, *

ánima mea sicut terra *sine aqua tibi*.

Velóciter exáudi me, *Dómine*; *

defécit *spíritus meus*.

Non abscóndas fáciem *tuam a me*, *

ne símilis fiam descendéntibus in *lacum*.

Audítam fac mihi mane misericórdiam *tuam*, *

quia *in te sperávi*.

Notam fac mihi viam *in qua ámbulem*, *

quia ad te levávi *ánimam meam*.

Eripe me de inimícis *meis*, *

Dómine, *ad te confúgi*.

Doce me fácere beneplácitum *tuum*,

quia Deus *meus es tu*. *


Spíritus tuus bonus dedúcat me *in terram rectam*.

Propter nomen tuum, Dómine, *vivificábis me*; *


in iustítia tua edúces de tribulatió-ne *ánimam meam*.

Ant. 2


AG 315 (cf. OCO 374)



Da mercé-dem, Dómi-ne, susti-nénti-bus te, ut prophé-



tæ tu- i fi-dé-les inve-ni- ántur. C. Lætámini cum Ierúsalem



et exsultá-te in e- a, * omnes qui di-li-gi-tis e- am. [flex]

Canticum

Is 66: 10 14a

[Lætámini cum Ierúsalem et exsultá-te in ea, *
omnes qui diligitis eam;]

gaudéte cum ea *gáudio*,

univérsi qui lugétis *super eam*, *

ut sugátis et repléamini ab úbere consolatió-nis eius,

ut mulgeátis et delíciis *affluátis* *

ab omnímōda glória eius.
 Quia hæc dicit Dóminus:
 « Ecce ego declinábo *super eam* *
 quasi *flúvium pacis*,
 et quasi *torréntem inundántem* *
 glóriam *géntium*, quam *sugétis*:
 ad úbera *portabímini* *
 et *super génua blandiéntur vobis*.
 Quómodo si cui *mater blandiátur*,
 ita ego *consolábor vos*; *
 et in Ierúsalem *consolabímini*.
 Vidébitis, et *gaudébit cor vestrum*, *
 et ossa vestra quasi *herba germinábunt*.

Ant. 3

AG 317 (cf. OCO 374)

VIII a

Convérte-re, Dó- mi-ne, a- li-quántu-lum, et ne tardes

ve-ní- re ad servos tu- os. Ps. Laudáte Dóminum, quóni-

am bonum est psállere Deo no-stro * quóniam iucúndum est cele-

brá-re lau-dem.

Psalmus 146: 1 11

[Laudáte Dóminum, quóniam bonum est psállere Deo nostro *
 quóniam iucúndum est celebráre laudem.]

Ædíficans Ierúsalem Dóminus, *
 dispérsos Israélis *congregábit*.

Qui sanat contrítos **corde**, *
 et álligat *plagas eórum*;
 qui *númerat multitudinem stellárum*, *
 et ómnibus eis *nómina vocat*.
 Magnus Dóminus noster, et magnus *virtúte*, *
 sapiéntiæ eius *non est númerus*.
 Susténtat mansuétos Dóminus, *
humílians autem peccatóres usque ad terram.
 Præcínite Dómino in *confessióne*, *
 psállite Deo *nostro* in *cíthara*.
 Qui óperit *cælum núbibus*, *
 et parat *terræ plúviam*.
 Qui *prodúcit in móntibus fenum*, *
 et *herbam serviéntibus hómini*.
 Qui *dat iumentis escam ipsórum*, *
 et *pullis corvórum invocántibus eum*.
 Non in *fortitúdine equi delectátur*, *
 nec in *tíbiis viri beneplácitum est ei*.
 Beneplácitum est Dómino *super timéntes eum*, *
 et in eis qui *sperant super misericórdia eius*.

Ad Laudes matutinas in die 24 decembris

Ant. 1

AG 321 (cf. OCO 375)


III b

Tu Bétlehem ter-ra Iu- da non e- ris mí-nima: ex te

e-nim éx- i- et dux qui re-gat pópu-lum me- um Is-ra- él.

Ps. Dómine, exáudi oratióne[m] me- am, áuribus pércipe obsecrati-

Ps. Dómine, exáudi oratióne[m] me- am, áuribus pércipe
 obsecrati-



ónem meam in veri-tá- te tu- a; * exáudi me in tua *iustí-ti-* a.

Psalmus 142: 1 11

[Dómine, exáudi oratióem meam,

áuribus pércipe obsecratióem meam in veritate tua; *
exáudi me in tua iustítia.]

Et non intres in iudícium cum **seruo tuo**, *

quia non iustificábitur in conspéctu tuo *omnis* vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam,

contrívit in terra **vítam meam**, *

collocávit me in obscuris sicut mórtuos *a saéculo*.

Et anxiátus est in me **spíritus meus**, *

in médio mei obríguit *cor meum*.

Memor fui diérum antiquórum,

meditátus sum in ómnibus **opéribus tuis**, *

in factis mánuum tuárum recogitábam.

Expándi manus **meas ad** te, *

ánima mea sicut terra sine *aqua tibi*.

Velóciter exáudi me, **Dómine**; *

defécit *spíritus meus*.

Non abscondas fáciem **tuam a** me, *

ne símilis fiam descendéntibus *in lacum*.

Audítam fac mihi mane misericórdiam **tuam**, *

quia in te *sperávi*.

Notam fac mihi viam **in** qua **ámblem**, *

quia ad te levávi *ánimam meam*.

Eripe me de inimícis **meis**, *

Dómine, ad te *confúgi*.

Doce me fácere beneplácitum tuum,

quia Deus **meus es** tu. *

Spíritus tuus bonus dedúcat me in *terram rectam*.

Propter nomen tuum, Dómine, **vivificábis** me; *


in iustítia tua edúces de tribulatióne *ánimam meam*.

Ant. 2


AG 334 (cf. OCO 375)



Le- vá- te cá-pi- ta vestra: ecce appro-pinquá-bit



redémpti- o vestra. *Ps. Lætámmini cum Ierúsalem et exsultá-te in*



e- a, * omnes qui dili-gi-tis e- am. [flex]

Canticum

Is 66: 10 14a

[Lætámmini cum Ierúsalem et exsultáte in ea, *

omnes qui diligitis eam;]

gaudéte cum ea *gáudio*,

univérsi qui lugétis **super eam**, *

ut sugátis et repleámini ab úbere consolatiónis eius,

ut mulgeátis et delíciis **affluátis** *

ab omnímoda glória eius.

Quia hæc dicit Dóminus:

« Ecce ego declinábo **super eam** *

quasi flúvium **pacis**,

et quasi torréntem **inundántem** *

glóriam géntium, *quam sugétis*:

ad úbera **portabímini** *

et super génua blandiéntur **vobis**.

Quómmodo si cui mater blandiátur,

ita ego **consolábor** vos; *


et in Ierúsalem **consolabímini**.

Vidébitis, et **gaudébit** cor **vestrum**, *


et ossa vestra quasi herba *germinábunt*.

Ant. 3


AG 330 (cf. OCO 375)



Crásti-na di- e e-rit vobis sa- lus, di-cit Dómi-nus De- us



exercí- tu- um. C. Laudáte Dóminum, quóniam bonum est psál-

lere Deo **n**ostro * quóniam iucúndum est celebrá-re **l**audem.

Psalmus 146: 1 11

[Laudáte Dóminum, quóniam bonum est psállere Deo nostro *
quóniam iucúndum est celebráre laudem.]

Ædificans Ierúsalem **D**óminus, *dispérsos Israélis *congregá*bit.Qui sanat contrítos **c**orde, *

et álligat plagas eórum;

qui númerat multitudínem stellárum, *

et ómnibus eis nómina **v**ocat.Magnus Dóminus noster, et magnus **v**irtúte, *sapiéntiæ eius *non* est **n**úmerus.Susténtat mansuétos **D**óminus, *humílians autem peccatóres *usque* ad **t**erram.

Præcínite Dómino in confessióne, *

psállite Deo *n*ostro in **c**ithara.Qui óperit cælum **n**úbibus, *et parat *t*erræ **p**lúviam.Qui producít in móntibus **f**enum, *et herbam serviéntibus **h**ómini.Qui dat iuméntis escam **i**psórum, *et pullis corvórum *invocántibus* eum.Non in fortitúdine equi **d**electátur, *nec in tíbiis viri *beneplácitum* est ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum, *
et in eis qui sperant super *m*isericórdia eius.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

*Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21; vel
tempus Nativitatis, p. 92, 111.*

Psalmus 118: 153–160 (Resh)

[Vide humiliatióne[m] meam, et éripe me, *

† quia legem tuam non sum oblítus.

Iúdica causam meam, et rédime me; *

propter elóquium tuum vivífica me.]

Longe a peccatóribus **s**alus, *quia iustificatiónes tuas non *exquasiérunt*.Misericórdiæ tuæ *multæ*, **D**ómine; *secúndum iudícia tua *vivífica* me.Multi qui sequúntur me et *tribulant* me; *a testimóniis tuis *non declinávi*.Vidi prævaricántes, et *téduít* me, *quia elóquia tua non *custodiérunt*.Vide quóniam mandáta tua *diléxi*, **D**ómine; *secúndum misericórdiam tuam *vivífica* me.Principíum verbórum tuórum **v**eritas, *in ætérnum ómnia iudícia *iustítiæ tuæ*.

Psalmus 127

Beátus omnis qui timet Dóminum, *

† qui ámbulat in viis eius.

Labóres mánuum tuárum *manducábis*, *beátus es, et bene *tibi* erit.Uxor tua sicut vitis *fructífera* *in latéribus *domus tuæ*;fílii tui sicut novéllæ *olivárum* *in circúitu *mensæ tuæ*.Ecce sic *benedicétur* **h**omo, *qui *timet* **D**óminum.Benedícat tibi Dóminus ex **S**ion, *et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus *vitæ tuæ*;

et vídeas fílios filiórum tuórum. *

Pax *super* **Israël**.

Psalmus 128

Sæpe expugnávérunt me a iuventúte mea, *

† dicat nunc **Israël**:

Sæpe expugnávérunt me a iuventúte **mea**, *

étenim non potuérunt *advérsus* me.

Supra dorsum meum aravérunt aratóres, *

prolongávérunt *sulcos suos*.

Dóminus autem **iustus** *

concídit cervíces **peccatórum**.

Confundántur et convertántur **retrórsus** *

omnes qui odérunt **Sion**.

Fiant sicut fenum **tectórum**, *

quod priúsqvam evellátur, *exáruit*;

de quo non implévit manum suam qui **metit**, *

et sinum suum qui *manípulos cólligit*.

Et non dixérunt qui *præteríbant*: †

« **Benedíctio Dómini super vos**, *

benedícimus vobis in *nómine Dómini* ».

Ad Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1

AG 318 (cf. OCO 374)

Ad te, Dómi-ne, le-vá-vi á-ni-mam me- am: ve-ni,
et é-ri-pe me: Dómi-ne, ad te confú-gi. *Ps. Benedíctus Dó-*
*minius, præsidium meum, † qui docet manus meas ad prœli-um, **

et dígitos *me-* os ad **bel-** lum.

Psalmus 143 (I)

[**Benedíctus Dóminus, præsidium meum, †**

qui docet manus meas ad **prœlium**, *

et dígitos meos ad bellum.]

Misericórdia mea et fortitúdo **mea**, *

refúgium meum et liberátor **meus**;

scutum meum, et in *ipso sperávi*, *

qui subdit *pópulum meum sub* me.

Dómine, quid est homo, quod *agnóscis eum*, *

aut fílius hóminis, quod *réputas eum*?

Homo vanitáti *símilis factus* est, *

dies eius sicut *umbra prætérens*.

Dómine, inclína cælos tuos, *et descénde*; *

tange montes, *et fumigábunt*.

Fúlgura coruscationem, et *díssipa eos*; *

emítte sagíttas tuas, et *contúrba eos*.

Emítte manum tuam de **alto**; *

éripe me, et líbera me *de aquis multis*,

de manu filiórum alienigenárum, †


quorum os locútum est *vanitátem*, *

et dextera eórum *dextera mendácii*.

Ant. 2

AG 315 (cf. OCO 374)

Da mercé-dem, Dómi-ne, susti-nénti-bus te, ut prophé-
tæ tu- i fi-dé-les inve-ni- ántur. *Ps. De- us, cánticum novum*



cantábo **ti-** bi, * in psaltério decachórdo psallam **ti-** bi, [flex]

II


[Deus, cánticum novum cantábo tibi, *
 in psaltério decachórdo psallam tibi,]
 qui das *salútem* **régibus**, *
 qui rédimis David servum tuum de *gládio* **malígn**o.
 Eripe me, et *libera* me *
 de manu filiórum alienigenárum,
 quorum os locútum est *vanitátem*, *
 et *déxtera* eórum *déxtera* **mendá**cii.
 Fílii nostri sicut *novéllæ* **cre**scéntes *
 in iuventúte **sua**;
 filia nostræ sicut colúmnae *anguláres*, *
 sculptæ ut **structúra** **templi**.
 Promptuária *nostra* **plena**, *
 redundántia *ómnibus* **bonis**;
 oves nostræ in *mílibus* †
 innumerábiles in *campis* **nostris**, *
 boves nostræ **crassæ**.
 Non est ruína macériae *neque* **excúrsus**, *
 neque clamor in *platéis* **nostris**.
 Beátus pópulus *cui* **hæc** sunt; *
 beátus pópulus cuius *Dóminus* Deus **eius**.

Ant. 3


AG 317 (cf. OCO 374)



Convérte-re, Dó- mi-ne, a- li-quántu-lum, et ne tardes



ve-ní- re ad servos tu- os. C. Grá-ti- as ágimus **ti-** bi, * Dó-



mine De- *us* **omní**po-tens.

Canticum

cf. Ap 11, 12

[Grátias ágimus tibi, *
 Dómine Deus **omní**potens,]
 qui es et qui eras et qui **ventúrus** es; *
 quia accepísti virtútem tuam magnam *et* **regná**sti.
 Et irátæ sunt **gentes**, *
 et advénit ira tua et tempus mortuórum *iudicári*,
 et réddere mercédem servis tuis, prophétis et **sanctis**, *
 et timéntibus nomen tuum, *pusíllis* et **magnis**.
 Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei **nostr**i *
 et potéstas *Christi* eius,
 quia proiécus est accusátor fratrum **nostrórum**, *
 qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri
die ac nocte;
 et ipsi vicérunt eum propter sánguinem **Agni** *
 et propter verbum *testimónii sui*;
 et non dilexérunt ánimas **suas** *
usque ad mortem.
 Proptérea lætámini, **cæli**, *
 et qui *habitátis* in eis.

FERIA VI HEBDOMADÆ IV
Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1

PM 179 (OCO 420)

IV a

Incli-ná- te aurem vestram in verba o- ris me- i.

Ps. Attēndite, pópule meus, doctrínam me- am; * inclináte aurem

Ps. Attēndite, pópule meus, doctrínam me- am; * inclináte aurem

Ps. Attēndite, pópule meus, doctrínam me- am; * inclináte aurem

vestram in verba o- ris me- i. [flex]

Psalmus 77: 1 39, I

[Attēndite, pópule meus, doctrínam meam; *
inclináte aurem vestram in verba oris mei.]

Apériam in parábolis os meum, *
éloquar arcána ætátis antíquæ.

Quanta audívimus et cognóvimus ea,
et Patres nostri narravérunt nobis, *
non occultábimus a filiis eórum,
generatióni álteri narrátes laudes Dómini et virtútes eius, *
et mirabília eius quæ fecit.

Constítuit testimónium in Iacob, *
et legem pósuit in Israël;

quanta mandáverat pátribus nostris
nota fácere ea filiis suis, *
ut cognóscat generátio áltera, filii qui nascéntur.

Exsúrgent et narrábunt filiis suis, *
ut ponant in Deo spem suam,
et non obliviscántur óperum Dei, *
et mandáta eius custódiat.

Ne fiant sicut patres eórum, *
generátio rebéllis et exásperans;
generátio quæ non firmávit cor suum, *
et non fuit fidélis Deo spíritus eius.
Fílii Ephraim, intendétes et mittétes arcum, *
convérsi sunt in die belli.

Non custodiérunt testaméntum Dei, *
et in lege eius renuérunt ambuláre.

Et oblíti sunt factórum eius *
et mirabílium eius quæ osténdit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília *
in terra Ægýpti, in campo Táneos.

Scidit mare et perdúxit eos, *
et státuit aquas quasi in utre.

Et dedúxit eos in nube per diem *
et per totam noctem in illuminatióne ignis.

Scidit petram in erémo, *
et adaquávit eos velut abýssus multa.

Et edúxit rívilos de petra, *
et dedúxit tamquam flúmina aquas.

Ant. 2

NA 63 (OCO vacat)

II

Ianu- as cæ-li a-pé-ru- it Dó-mi-nus, et plu- it il-lis

man- na ad mandu- cándum. Ps. Et apposuérunt adhuc peccáre

e- i, * in iram excitavérunt Excélsu- m in in-aquó- so. [flex]

II

[Et apposuérunt adhuc peccáre ei, *
in iram excitavérunt Excélsu- m in inaquóso.]

Et tentavérunt Deum in córdibus **suis**, *
 peténtes escas animábus **suis**;
 et contra Deum locúti sunt, *
 dixerunt: « Numquid póterit Deus
 paráre mensam in *desérto*? »
 Ecce percússit petram et fluxérunt aquæ, *
 et torréntes inundavérunt;
 « Numquid et panem póterit **dare**, *
 aut paráre carnes pópulo **suo**? »
 Ideo audívit Dóminus et exársit,
 et ignis accénsus est in **Iacob**, *
 et ira ascéndit in **Israël**.
 Quia non credidérunt in **Deo**, *
 nec speravérunt in salutári eius.
 Verúmtamen mandávit núbibus **désuper**, *
 et iánuas cæli **apérui**t;
 et pluit illis manna ad manducándum, *
 et panem cæli **dedit** eis:
 panem angelórum manducávit **homo**, *
 cibária misit eis ad **abundántiam**.
 Excitávit austrum in **cælo**, *
 et indúxit in virtúte sua **áfricum**;
 et pluit super eos sicut púlverem **carnes**, *
 et sicut arénam maris volatília **pennáta**,
 et cecidérunt in médio castrórum **eórum**, *
 circa tabernácula **eórum**.
 Et manducavérunt et saturáti sunt **nimis**, *
 et desidérium eórum áttulit eis.
 Nondum recésserant a desidério **suo**, *
 adhuc escæ eórum erant in ore **ipsórum**,
 et ira Dei ascéndit super **eos**,
 et occídít pingues **eórum**, *
 et eléctos **Israël prostrávit**.

Ant. 3

NA 64 (OCO vacat)

VI b

De- us adiú- tor est e- ó- rum: et Excélsus redémptor

e- ó- rum est. *Ps.* In ómnibus his peccavé-runt **adhuc**, * et non
 credidérunt in mirabí-libus e- ius.

III

[In ómnibus his peccavérunt adhuc, *
 et non credidérunt in mirabílibus eius;]
 et consúpsit in hálitu **dies eórum**, *
 et anni eórum cum **festinatióne**.
 Cum occíderet eos, **quærébant eum**, *
 et convérsi veniébant dilúculo ad **eum**;
 et rememoráti sunt quia Deus adiútor **est eórum**, *
 et Deus excélsus **redémptor eórum** est.
 Et suasérunt ei in **ore suo**, *
 et lingua sua **mentíti sunt ei**;
 cor autem eórum non erat **rectum cum eo**, *
 nec **fidéles erant in testaméto eius**.
 Ipse autem **est miséricors**, *
 et propitiátur iniquitáti, **et non dispérdit**.
 Sæpe avértit **iram suam**, *
 et non accéndit omnem **furórem suum**.
 Et recordátus est **quia caro sunt**, *
 spíritus **vadens** et non **rédiens**.

Ad Laudes matutinas ante diem 24 decembris

PSALMODIA

Ant. 1

AG 317 (cf. OCO 374)

I c

De Si- on vé-ni- et, qui regna-tú-rus est Dómi-nus: Em-

mánu- el ma-gnūm nomen e-ius. *Ps.* Mi-serére **me-** i, **De-** us, *

secūndum misericórdi- am **tu-** am.

Psalmus 50

[Miserére mei, Deus, *
secūndum misericórdiam tuam;]
et secūndum multitudinem miseratiónum tuárum *
dele iniquitátem **meam**.
Amplius lava me ab iniquitáte **mea**, *
et a peccáto *meo* **munda** me.
Quóniam iniquitátem meam ego **cognó**sco, *
et peccátum meum contra *me* est **semper**.
Tibi, tibi **soli** peccávi, *
et malum *coram* te **feci**,
ut iustus inveniáris in **senténtia** tua *
et æquus in iudício **tuo**.
Ecce enim in iniquitáte **generátus** sum, *
et in peccáto concépit me *mater* **mea**.
Ecce enim veritátem in corde **dilexísti**, *
et in occúlto sapiéntiam manifestásti **mihi**.
Aspérges me hyssópo, **et mundábor**; *
lavábis me, et super nivem **dealbábor**.
Audíre me fácies gáudium **et lætítiam**, *
et exsultábunt ossa quæ **humiliásti**.
Avérte faciém tuam a peccáti**s meis**, *
et omnes iniquitátes *meas* **dele**.
Cor mundum crea **in** me, **Deus**, *
et spíritum firmum ínno**va** in viscéribus **meis**.
Ne proícias me a **fácie** tua, *
et spíritum sanctum tuum ne **áuferas a** me.
Redde mihi lætítiam salutáris **tui**, *
et spíritu promptí**ssimo** confírma me.

Docébo iníquos **vias tuas**, *
et ímpii ad te **converténtur**.
Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis **meæ**, *
et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.
Dómine, lábia **mea apéries**, *
et os meum annuntiábit **laudem tuam**.
Non enim sacrificio **delectáris**, *
holocáustum, si ófferam, **non placébit**.
Sacrificium Deo spíritus **contribulátus**, *
cor contrítum et humiliátum, Deus, **non despícies**.
Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte **tua Sion**, *
ut ædificéntur muri **Ierúsalem**.
Tunc acceptábis sacrificium iustítiae, oblatiões **et holocáusta**; *
tunc impónent super altáre *tuum* **vítulos**.

Ant. 2

AG 318 (cf. OCO 374)

II

Constántes estó-te: vi-dé-bi-tis auxí-li- um Dó-mi-ni

su-per vos. C. Benedícite Dóminum, omnes elécti **e-** ius, * á-

gite dies lætítiae et confitémini **il-** li. [flex]

Canticum

Tob 13: 8 11, 13 15

[Benedícite Dóminum, omnes elécti eius, *
ágite dies lætítiae et confitémini illi.]
Ierúsalem, cívitas **Dei**, *
castigávit te Dóminus in opéribus mánuum *tuárum*.
Confítére Dómino in bonis **tuis** *
et bénedic Deum **sæculórum**;

ut reaedificet in te tabernaculum suum,
 et revocet ad te omnes captivos, *
 et gaudeas in omnia saecula saeculorum.
 Luce splendida fulgebis, *
 et omnes fines terrae adorabunt te.
 Nationes ex longinquo ad te venient, *
 et munera deferentes adorabunt in te Dominum.
 Et terrain tuam in sanctificationem habebunt, *
 nomen enim magnum invocabunt in te.
 Tu autem laetaberis in filiis tuis,
 quoniam omnes benedicentur *
 et congregabuntur ad Dominum.
 Beati omnes, qui diligunt te, *
 et qui gaudent super pace tua.
 Anima mea, benedic Dominum,
 quoniam liberavit Ierusalem civitatem suam
 a cunctis tribulationibus eius, *
 Dominus Deus noster.

Ant. 3 AG 319 (cf. OCO 374)

IV b

E-go autem ad Dómi-num aspí-ci-am, et expectábo
 De-um Salva-tó-rem me-um. *Ps.* Lauda, Ie-rú-sa-lem, Dómi-
 num; * colláuda De-um tu-um, Si-on.

Psalmus 147

[Lauda, Ierusalem, Dominum; *
 colláuda Deum tuum, Sion.]
 Quoniam confortavit seras portarum tuarum, *
 benedixit filiis tuis in te.

Qui ponit fines tuos pacem, *
 et adipe frumenti satiat te.
 Qui emittit eloquium suum terrae, *
 velociter currit verbum eius.
 Qui dat nivem sicut lanam, *
 pruina sicut cinerem spargit.
 Mittit crystallum suam sicut buccellas; *
 ante faciem frigoris eius quis sustinebit?
 Emittet verbum suum et liquefaciet ea, *
 flabit spiritus eius, et fluent aquae.
 Qui annuntiat verbum suum Iacob, *
 iustitias et iudicia sua Israel.
 Non fecit taliter omni nationi, *
 et iudicia sua non manifestavit eis.

Ad Laudes matutinas in die 24 decembris

Ant. 1

AG 321 (cf. OCO 375)

III b

Tu Béthlehem ter-ra Iu-da non e-ris mí-nima: ex te
 e-nim éx-i-et dux qui re-gat pópu-lum me-um Is-ra-ël.
Ps. Mise-ré-re me-i, De-us, * secúndum misericórdi-am tu-am.

Psalmus 50

[Miserere mei, Deus, *
 secundum misericordiam tuam;]
 et secundum multitudinem miserationum tuarum *
 dele iniquitatem meam.
 Amplius lava me ab iniquitate mea, *
 et a peccato meo munda me.

Quóniam iniquitátern meam **ego cognó**sco, *
 et peccátum meum contra me *est semper*.
 Tibi, tibi soli peccávi, *
 et malum coram *te feci*,
 ut iustus inveniáris in **senténtia tua** *
 et æquus in iudício **tuo**.
 Ecce enim in iniquitáte **generátus** sum, *
 et in peccáto concépit me **mater mea**.
 Ecce enim veritátem in corde **dilexísti**, *
 et in occulto sapiéntiam **manifestásti mihi**.
 Aspérges me hyssópo, **et mundábor**; *
 lavábis me, et super nivem **dealbábor**.
 Audíre me fácies gáudium **et lætítiam**, *
 et exsultábunt ossa quæ **humiliásti**.
 Avérte fáciem tuam a peccáti**s meis**, *
 et omnes iniquitátes **meas dele**.
 Cor mundum crea **in me, Deus**, *
 et spíritum firmum ínno**va** in viscéribus **meis**.
 Ne prócias me a **fácie tua**, *
 et spíritum sanctum tuum ne **áuferas a** me.
 Redde mihi lætítiam salutáris **tui**, *
 et spíritu promptíssimo **confírma** me.
 Docébo iníquos **vias tuas**, *
 et ímpii ad te **converténtur**.
 Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis **meæ**, *
 et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.
 Dómine, lábia **mea apéries**, *
 et os meum annuntiábit **laudem tuam**.
 Non enim sacrificio **delectáris**, *
 holocáustum, si ófferam, non **placébit**.
 Sacrificium Deo spíritus **contribulátus**, *
 cor contrítum et humiliátum, Deus, non **despícies**.
 Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte **tua Sion**, *
 ut ædificéntur muri **Ierúsalem**.
 Tunc acceptábis sacrificium iustítie, oblatiónes **et holocáusta**; *
 tunc impónent super altáre tuum **vítulos**.

Ant. 2

AG 334 (cf. OCO 375)

Le- vá- te cá-pi- ta vestra: ecce appro- pinquá- bit
 redémpti- o vestra. *Ps.* Benedícite Dóminum, omnes e- lé- cti e-
 ius, * ágite dies lætítie et confitémini il- li. [flex]

Canticum

Tob 13: 8 11, 13 15

[Benedícite Dóminum, omnes elécti eius, *
 ágite dies lætítie et confitémini illi.]
 Ierúsalem, **cívitas Dei**, *
 castigávit te Dóminus in opéribus mánuum tuárum.
 Confitére Dómino in **bonis tuis** *
 et bédedic Deum *sæculórum*;
 ut reádificet in te tabernáculum suum,
 et révocet ad te **omnes captívos**, *
 et gáudeas in ómnia *sæcula sæculórum*.
 Luce spléndida **fulgébis**, *
 et omnes fines terræ **adorábunt** te.
 Natiónes ex longínquo **ad te vénient**, *
 et múnera deferéntes adorábunt *in* te **Dóminum**.
 Et terrain tuam in sanctificatió**nem habébunt**, *
 nomen enim magnum **invocábunt in** te.
 Tu autem lætáberis in filiis **tuis**,
 quóniam omnes **benedicéntur** *
 et congregabúntur ad **Dóminum**.
 Beáti omnes, qui **diligunt** te, *
 et qui gaudent super **pace tua**.

Anima mea, bénedic Dóminum,
quóniam liberávit Ierúsalem civitátem suam
a cunctis tribulatióibus eius, *
Dóminus Deus noster.

Ant. 3

AG 330 (cf. OCO 375)

VIII b

Crásti-na di-e e-rit vobis sa-lus, di-cit Dómi-nus De-us
exercí-tu-um. C. Lauda, Ierúsalem, Dóminum; * colláuda Deum
tu-um, Si-on.

Psalmus 147

[Lauda, Ierúsalem, Dóminum; *
colláuda Deum tuum, Sion.]
Quóniam confortávit seras portárum tuárum, *
benedíxit filiis tuis in te.
Qui ponit fines tuos pacem, *
et ádipe fruménti sátiat te.
Qui emíttit elóquium suum terræ, *
velóciter currit verbum eius.
Qui dat nivem sicut lanam, *
prúnam sicut cínerem spargit.
Mittit crystállum suam sicut buccéllas; *
ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?
Emíttet verbum suum et liquefáciat ea, *
flabit spíritus eius, et fluent aquæ.
Qui annúnciat verbum suum Iacob, *
iustítias et iudícia sua Israél.
Non fecit táliter omni natióni, *
et iudícia sua non manifestávit eis.

Ad Horam mediam

PSALMODIA

Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21; vel
tempus Nativitatis, p. 92, 111.

Psalmus 118: 161–168 (Shin)

[Príncipes persecúti sunt me gratis, *
et a verbis tuis formidávit cor meum.]
Lætabor ego super elóquia tua, *
sicut qui invénit spólia multa.
Mendácium ódio hábui et abominátus sum; *
legem autem tuam diléxi.
Sépties in die laudem dixi tibi *
super iudícia iustítiæ tuæ.
Pax multa diligéntibus legem tuam, *
et non est illis scándalum.
Exspectábam salutáre tuum, Dómine, *
et præcépta tua feci.
Custodívit ánima mea testimónia tua, *
et diléxi ea veheménter.
Servávi mandáta tua et testimónia tua, *
quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Psalmus 132

Ecce quam bonum et quam iucúndum *
habitáre fratres in unum:
† sicut unguéntum óptimum in cápite, †
quod descéndit in barbam, barbam Aaron, *
quod descéndit in oram vestiménti eius.
Sicut ros Hermon, *
qui descéndit in montes Sion.
Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, *
vitam usque in sæculum.

Psalmus 139: 1–9, 13–14

Eripe me, Dómine, ab hómine malo, *
a viro violéntiæ serva me.

Qui cogitavérunt mala in corde, *
 tota die constituébant **próelia**.
 Acuérunt linguas suas sicut serpéntis, *
 venénium áspidum sub **lábiis eórum**.
 Custódi me, Dómine, de manu peccatóris, †
 et a viro violéntiæ **serva** me, *
 qui cogitavérunt supplantáre gressus **meos**.
 Abscondérunt supérbi láqueum **mihi**, †
 et funes extendérunt in **rete**, *
 iuxta iter offendícula **posuérunt mihi**.
 Dixi Dómino: « Deus **meus es** tu; *
 áuribus pércipe, Dómine, vocem deprecatiόνis **meæ** ».
 Dómine, Dómine, virtus **salútis meæ**, *
 obumbrásti caput meum **in die belli**.
 Ne concédas, Dómine, desidéria **ímpii**; *
 consília **eius** ne perfícias.
 Cognóvi quia fáciat Dóminus iudícium **ínopis**, *
 et **vindíctam páuperum**.
 Verúmtamen iusti confitebúntur **nómini tuo**, *
 et habitábunt recti in **conspéctu tuo**.

Ad Vesperas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 317 (cf. OCO 374)

I c




De Si- on vé-ni- et, qui regna-tú-rus est Dómi-nus: Em-



mánu- el ma-gnum nomen e-ius. Ps. Exaltábo te, Deus me- us



rex, † et benedícam **nómini tu-** o * in sáculum et in **sácu-** lum




sæ-cu-li.

Psalmus 144 (I)

[Exaltábo te, Deus meus rex, †
 et benedícam nómini tuo *
 in sáculum et in sáculum **sáculi**.]
 Per sículos dies benedícam **tibi**, †
 et laudábo **nomen tuum** *
 in sáculum et in sáculum **sáculi**.
 Magnus Dóminus et laudábilis **nimis**, *
 et magnítudinis eius non est **investigátió**.
 Generátió generatióni laudábit **ópera tua**, *
 et poténtiam tuam **pronuntiábunt**.
 Magnificéntiam glóriæ maiestátis **tuæ loquéntur**, *
 et mirabilia tua **enarrábunt**.
 Et virtútem terríbilium tuórum **dicent**, *
 et magnítudinem **tuam narrábunt**.
 Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ **eructábunt**, *
 et iustítia tua **exsultábunt**.
 Miserátor et miséricors **Dóminus**, *
 longánimis et multæ **misericórdiæ**.
 Suávis Dóminus **univérsis**, *
 et miscratiónes eius super ómnia **ópera eius**.
 Confiteántur tibi, Dómine, ómnia **ópera tua**; *
 et sancti tui benedícant **tibi**.
 Glóriam regni **tui dicant**, *
 et poténtiam tuam **loquántur**,
 ut notas fáciant fíliis hóminum **poténtias tuas**, *
 et glóriam magnificéntiæ **regni tui**.
 Regnum tuum regnum ómnium **sæculórum**, *
 et dominátió tua in omnem generatiónem et generatiónem.

Ant. 2 AG 318 (cf. OCO 374)

II



Constántes estó-te: vi-dé-bi- tis auxí- li- um Dó- mi-ni

su-per vos. *Ps.* Fidélis Dóminus in ómnibus verbis **su-** is, * et
sanctus in ómnibus opéri-*bus* **su-** is. [flex]

II

[Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis, *
et sanctus in ómnibus opéribus suis.]
Alleuat Dóminus omnes qui **córruunt**, *
et érigit omnes **depréssos**.
Oculi ómnium in te **sperant**, *
et tu das illis escam in témpore **opportúno**.
Aperis tu manum **tuam**, *
et imples omne ánimam in **beneplácito**.
Iustus Dóminus in ómnibus viis **suis**, *
et sanctus in ómnibus opéribus **suis**.
Prope est Dóminus ómnibus invocántibus **eum**, *
ómnibus invocántibus eum in **veritáte**.
Voluntátem timéntium se **fáciat**, †
et deprecatióem eórum **exáudiet**, *
et salvos **fáciat eos**.
Custódit Dóminus omnes diligéntes se, *
et omnes peccatóres **dispérdet**.
Laudatióem Dómini loquétur os **meum**, †
et benedícat omnis caro nómini sancto **eius** *
in **sáeculum** et in **sáeculum sáeculi**.

Ant. 3

AG 319 (cf. OCO 374)

IV b
E-go autem ad Dómi-num aspí-ci- am, et expectábo

De- um Salva-tó-rem me- um. *C.* Magna et mirabília sunt ó-pe-
ra **tu-** a, * Dómine *De-* us omnípo-tens. [flex]

Canticum

Ap 15:3–4

[Magna et mirabília sunt ópera tua, *
Dómine Deus omnípotens:]
iustæ et veræ sunt **viæ tuæ**, *
rex sæculórum.
Quis non timébit te, **Dómine**, *
et magnificábit nomen **tuum**?
quia solus pius **es**, †
quóniam omnes gentes vénient **et adorábunt**
in **conspéctu tuo**, *
quóniam iudicia tua **manifésta** sunt.


SABBATO
IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI
Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 PM 179 (OCO 421)



Red-émit e- os Dómi-nus de ma-nu tri- bu- lántis.

Ps. Quó-ti- es exacerbavérunt eum **in** desér- to, * in iram concitavérunt eum in in-**aquó-** so. [flex]

Psalmus 77: 40 72, IV



[Quóties exacerbavérunt eum in desérto, *
in iram concitavérunt eum in inaquóso.]
Et revérsi sunt et tentavérunt **Deum**, *
et sanctum Israël exacerbavérunt.
Non sunt recordáti **manus** eius, *
diéi qua redémit eos de manu tribulántis.
Cum pósuit in **Ægýpto signa sua** *
et prodígia sua in campo **Táneos**.
Convértit in ságuinem flúmina eórum, *
et rívulos eórum, **ne bíberent**.
Misit in eos cœnomyíam et comédit eos, *
ranam et pérdidit eos.
Dedit brucho **fructus eórum**, *
labóres eórum **locústæ**.
Occídit in grándine **víneas eórum**, *
moros eórum in **pruína**.

Trádidit grándini **iuménta eórum**, *
et greges eórum **flammae ignis**.
Misit in eos ardórem iræ suæ,
indignatióem et comminatióem **et angústiam**, *
immissiόem angelórum **malórum**.
Complanávit sémitam iræ suæ;
non pepércit a morte **animábus eórum**, *
et vitam eórum in peste **conclúsit**.
Percússit omne primogénitum in **terra Ægýpti**, *
primítias róboris eórum in tabernáculis Cham.

Ant. 2 OHS 195 (OCO vacat)



Ha- bi- tá-bit in ta-berná-cu-lo tu- o, requi- é-scet in

monte sancto tu- o. *Ps.* Abstulit sicut oves **pópu-lum su-** um, *et perdúxit eos tamquam **gremem** in de- **sér-**to. [flex]


V

[Abstulit sicut oves **pópulum suum**, *
et perdúxit eos tamquam **gremem** in desérto.]
Dedúxit eos in spe, et non **timué**runt, *
et inimícos eórum **opéruit mare**.
Et indúxit eos in fines sanctificatióis **suæ**, *
in montem quem acquisívit **déxtera eius**.
Et eiécit a fácie eórum **gentes**, *
et divisit eis terram in funículo **hereditátis**. *
Et habitáre fecit in tabernáculis eórum **tribus Israë**l.
Et tentavérunt et exacerbavérunt **Deum excé**lsum, *
et testimónia eius non **custodié**runt.


Recessérunt et prævaticati *sunt*,
 quemádmódu*m patres eórum*, *
 conversi sunt retro *ut arcus pravus*.
 In iram concitavérunt eum in cóllibus *suis*, *
 et in seulptílibus suis ad æmulatió*nem eum provocavérunt*.
 Audívit Deus *et exársit*, *
 et spre*vit valde Israë*l.
 Et réppulit habitáculu*m Silo*, *
 tabernáculu*m, ubi habitávit in homínibus*.
 Et trádidit in captivitaté*m virtútem suam*, *
 et pulchritúdi*nem suam in manus inimíci*.
 Et conclúsit in gládio *pópulu*m suu*m*, *
 et in hereditá*tem suam exársit*.
 Iúvenes eórum *comédit ignis*, *
 et vírgines eórum *non sunt desponsátæ*.
 Sacerdótes eórum in gládio *cecidérunt*, *
 et víduæ eórum *non plorabántur*.

Ant. 3


NA 66 (OCO vacat)



Ædi-fi-cá-vit De- us sancti- fí-ci- um su- um in ter- ra.



Ps. Et excitátus est tamquam *dórm*i- ens *Dó*minus, * tamquam po-



tens *crapulátus a vi-* no. [flex]

VI

[Et excitátus est tamquam *dórm*iens *Dó*minus, *
 tamquam *potens crapulátus a vino*.]
 Et percússit inimícos suos in *posterióra*, *
 oppróbriu*m sempitérnu*m dedit illis**.

Et réppulit tabernáculu*m Ioseph*, *
 et tribu*m Ephraim non elégit*,
 sed elégit *tribu*m Iuda**, *
 montem Sion *quem diléxit*.
 Et ædificávit sicut excélsu*m sanctuáriu*m suu*m*, *
 sicut terram quam fundávit in *sæcula*.
 Et elégit David servu*m suu*m,
 et sústulit eum de *gré*gibus *óvium*, *
 de post fetá*ntes accépit eum*:
 páscere Iacob *pópulu*m suu*m* *
 et Israë*l hereditátem suam*.
 Et pavit eos in innocé*ntia cordis sui*, *
 et in prudé*ntia mánuu*m suárum dedúxit eos**.

Ad Laudes matutinas


PSALMODIA

Ant. 1


AG 321 (cf. OCO 375)




Tu Béthlehem ter-ra Iu-da non e- ris mí-nima: ex te



e-nim éx- i- et dux qui re-gat pópu-lum me- um Is-ra- ël.



Ps. Bonu*m confité-* ri *Dó*mino, * et psállere nó*mini tuo Al-*



tíssime. [flex]

Psalmus 91


[Bonum est confitēri Dómino, *
 et psállere nómini tuo, Altíssime,]
 annuntiáre mane misericórdiam tuam, *
 et veritátem tuam *per noctem*, *
 in decachórdo et psaltério, *
 cum cántico *in cíthara*.
 Quia delectásti me, Dómine, in *factúra tua*, *
 et in opéribus mánuum tuárum *exsultábo*.
 Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine: *
 nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.
 Vir insípiens **non cognóscet**, *
 et stultus non *intélleget* hæc.
 Cum germináverint peccatóres **sicut fenum**, *
 et florúerint omnes qui operántur *iniquitátem*;
 hoc tamen erit ad intéritum in **sæculum sæculi**; *
 tu autem altíssimus in *ætérnum*, Dómine.
 Quóniam ecce inimíci tui, Dómine,
 quóniam ecce inimíci **tui períbunt**, *
 et dispergéntur omnes qui operántur *iniquitátem*.
 Exaltábis sicut unicórnis **cornu meum**, *
 perfúsus sum *óleo úberi*.
 Et despíciet óculus meus **inimícos meos**, *
 et in insurgéntibus in me malignántibus *áudiet auris mea*.
 Iustus ut **palma florébit**, *
 sicut cedrus Líbani *succréscet*.
 Plantáti in **domo Dómini**, *
 in átriIs Dei nostri *florébunt*.
 Adhuc fructus dabunt **in senécta**, *
 úberes et bene viréntes erunt
 ut annúntient quóniam rectus Dóminus, **refúgium meum**, *
 et non est iníquitas *in eo*.

Ant. 2

AG 334 (cf. OCO 375)



Le- vá- te cá-pi- ta vestra: ecce appro-pinquá-bit



redempti- o vestra. C. Tollam quippe vos de *géntibus*, et con-
 gregábo vos de uni-**vér-sis ter-ris**, * et addúcam vos in *terram*
 vestram.


Canticum

Ez 36: 24 28


[Tollam quippe vos de *géntibus*, *
 et congregábo vos de univér-sis terris, *
 et addúcam vos in terram vestram;]
 et effúndam super vos aquam *mundam*,
 et mundabímmini ab ómnibus inquinaméntis **vestris**, *
 et ab univér-sis idólis *vestris mundábo* vos.
 Et dabo **vobis cor novum**, *
 et spíritum novum ponam in *médio vestri*,
 et áuferam cor lapídeum de **carne vestra**, *
 et dabo *vobis* cor **carneum**;
 et spíritum meum ponam in *médio vestri*,
 et fáciam ut in præcéptis meis **ambulétis**, *
 et iudícia mea custodiátis et *operémini*.
 Et habitábis in terra, quam dedi pátribus *vestris*,
 et éritis mihi in **pópulum**, *
 et ego ero *vobis* in **Deum**.

Ant. 3


AG 330 (cf. OCO 375)



Crásti-na di- e e-rit vobis sa- lus, di- cit Dómi- nus De- us



exerci- tu- um. *Ps.* Dómine, Dóminus no-ster, * quam admirábile



est nomen tuum in univér- ra. [flex]

Psalmus 8

[Dómine, Dóminus noster, *
quam admirábile est nomen tuum in univér- ra;]
quóniam eleváta est magnificéntia **tua** *
super **cælos**.
Ex ore infántium et lacténtium
perfecísti laudem propter inimícos **tuos**, *
ut déstruas inimícum *et* ultórem.
Quando vídeo cælos tuos, ópera digitórum tuórum, *
lunam et stellas quæ *tu* fundásti:
quid est homo, quod memor es **eius**? *
aut fílius hóminis quoniam visitas **eum**?
Minuísti eum paulo minus ab ángelis,
glória et honóre coronásti **eum**; *
et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.
Omnia subiecísti sub pédibus **eius**,
oves et boves univér- sas, *
ínsuper et pécora **campi**,
vólucres cæli et pisces **maris**, *
quæcúmque perámbulant sémitas **maris**.
Dómine, Dóminus **noster**, *
quam admirábile est nomen tuum in univér- ra!

Ad Horam mediam

PSALMODIA

Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21; vel tempus Nativitatis, p. 92, 111.

Psalmus 118: 169–176 (Tau)

[Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo, Dómine; *
iuxta verbum tuum da mihi intelléctum.]
Intret postulátio mea in conspéctu **tuo**, *
secúndum elóquium tuum *libera* me.
Eructábunt lábia **mea** **hymnum**, *
cum docúeris me iustificatiónes **tuas**.
Cantet lingua mea elóquium **tuum**, *
quia ómnia præcépta *tua* iustítia.
Fiat manus tua ut **adiuvet** me, *
quóniam mandáta *tua* **elégi**.
Concupívi salutáre **tuum**, **Dómine**, *
et lex tua delectátio **mea** est.
Vivet ánima mea **et laudábit** te, *
et iudícia *tua* **adiuvábunt** me.
Errávi sicut **ovis** quæ **périit**; *
quære servum tuum, quia præcépta *tua* non *sum* **oblítus**.

Psalmus 44 (I)

Eructávit cor meum verbum bonum, †
dico ego ópera mea regi. *
Lingua mea cálamus scribæ velóciter scribéntis.
Speciósus forma es præ fíliis hóminum, †
diffúsa est grátia in lábiis **tuis**, *
proptérea benedíxit te Deus **in ætérnum**.
Accíngere gládio tuo super femur tuum, **potentíssime**; *
splendóre tuo et ornátu tuo prospere **procéde**;
currum ascénde propter veritátem et mansuetúdinem **et iustítiam**. *
Et sagittábit pro te mirabíliter **déxtera tua**:
sagittæ tuæ acútæ †
— pópuli **sub** te **cadent** — *
in corda inimicórum **regis**.
Sedes tua, Deus, in **sæculum sæculi**; *
sceptrum æquitátis sceptrum **regni tui**.
Dilexísti iustítiam et odísti iniquitátem, †
proptérea unxit te Deus, **Deus tuus**, *
óleo lætítiæ præ consórtibus **tuis**.
Myrrha et áloe et cásia ómnia vestiménta **tua**, *
e dómibus ebúr- neis chordæ delectavérunt te.

Fíliæ regum inter honorátas **tuas**; *
 ástitit regína a dextris tuis ornáta **auro** ex **Ophir**.

II

Audi, fíliæ, et vide, †
 et inclína aurem tuam, *
 et oblivíscere pópulum tuum et domum patris tui;
 et concupíscet rex **spéciem tuam**, *
 quóniam ipse est dóminus tuus, et **adóra eum**.
 Fíliæ Tyri **cum munéribus**; *
 vultum tuum deprecabúntur **dívites plebis**.
 Gloriósa nimis fíliæ **regis intrínsecus**, *
 textúris áureis **circumamícta**.
 In véstibus variegátis adducétur **regi**; *
 virgines post eam, próximæ eius, **afferúntur tibi**.
 Afferúntur in lætítia et exsultatióne, *
 adducúntur in *domum regis*.
 Pro pátribus tuis erunt **tibi fílii**; *
 constítues eos príncipes super *omnem terram*.
 Memor ero **nóminis tui** *
 in omni generatióne et generatióne;
 proptérea pópuli confitebúntur **tibi** *
 in ætérnum et in *sæculum sæculi*.

PSALMODIA COMPLEMENTARIA

Ad Tertiam

PSALMODIA

*Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 21;
 tempus Nativitatis, p. 92, 111, vel tempus Epiphaniæ, p. 221, 242.*

Psalm 119

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi, *
 et exaudívit me.
 Dómine, líbera ánimam meam a lábiis mendáccii, *
 a lingua dolósa.
 Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, *
 lingua dolósa?
 Sagíttae poténtis acútæ *
 cum carbónibus iuniperórum.
 Heu mihi, quia peregrinátus sum in Mosoch; *
 habitávi ad tabernácula Cedar;
 multum íncola fuit ánima mea *
 cum his qui odérunt pacem.
 Ego eram pacíficus; *
 cum loquébar, illi impugnábant me.

Psalmus 120

Levábo óculos meos in montes: *
 unde véniet auxílium mihi?
 Auxílium meum a Dómino, *
 qui fecit cælum et terram.
 Non dabit in commotióne pedem tuum, *
 neque dormitábit qui custódit te.
 Ecce non dormitábit neque dórmiet *
 qui custódit Israël.
 Dóminus custódit te, †
 Dóminus umbráculum tuum, *
 ad manum dexteram tuam.

Per diem sol non percútiet te, *
neque luna per noctem.
Dóminus custódiat te ab omni malo; *
custódiat ánimam tuam Dóminus.
Dóminus custódiat intróitum tuum et éxitum tuum, *
ex hoc nunc et usque in sæculum.

Psalm 121

Lætátus sum † in eo quod dixérunt mihi: *
« In domum Dómini íbimus ».
Stantes iam sunt pedes nostri *
in portis tuis, Ierúsalem.
Ierúsalem, quæ ædificáta est ut cívitas *
sibi compácta in idípsum.
Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, *
testimónium Israël, ad confiténdum nómini Dómini.
Quia illic sedérunt sedes ad iudícium, *
sedes domus David.
Rogáte quæ ad pacem sunt Ierúsalem, *
secúri sint diligétes te.
Fiat pax in muris tuis, *
et secúritas in túrribus tuis.
Propter fratres meos et próximos meos *
loquar: « Pax in te! »
Propter domum Dómini Dei nostri *
exquíram bona tibi.

Ad Sextam

PSALMODIA

*Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 22;
tempus Nativitatis, p. 93, 112, vel tempus Epiphaniæ, p. 222, 242.*

Psalmus 122

Ad te levávi óculos meos, *
qui hábitas in cælis.
Ecce sicut óculi servórum ad manus dominórum suórum, *
sicut óculi ancíllæ ad manus dómínæ suæ,
ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, *
donec misereátur nostri.

Miserére nostri, Dómine, miserére nostri, *
quia multum repléti sumus despectióne;
quia multum repléta est ánima nostra *
derisióne abundantium et despectióne superbórum.

Psalmus 123

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israël, †
nisi quia Dóminus erat in nobis, *
cum exsúrgerent hómines in nos.
Forte vivos deglutíssent nos, *
cum irascerétur furor eórum in nos.
Fórsitan aqua absorbuíssent nos, †
torrens pertransíssent ánimam nostram, *
fórsitan pertransíssent ánimam nostram aquæ intumescéntes.
Benedíctus Dóminus, *
qui non dedit nos in direptiónem déntibus eórum.
Anima nostra sicut passer erépta est *
de láqueo venántium:
láqueus contrítus est *
et nos erépti sumus.
Adiutórium nostrum in nómine Dómini, *
qui fecit cælum et terram.

Psalm 124

Qui confídunt in Dómino, sicut mons Sion: *
non commovébitur, in ætérnum manet.
Ierúsalem, montes in circúitu eius, †
et Dóminus in circúitu pópuli sui, *
ex hoc nunc et usque in sæculum.
Quia non requiescet virga iniquitátis super sortem iustórum, *
ut non exténdant iusti ad iniquitátem manus suas.
Bénéfac, Dómine, bonis *
et rectis corde.
Declinántes autem per vias pravas †
addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem. *
Pax super Israël.

Ad Nonam

PSALMODIA

Antiphona ut in Proprio temporis: tempus Adventus, p. 23; tempus Nativitatis, p. 93, 112, vel tempus Epiphaniæ, p. 222, 243.

Psalm 124

Qui confidunt in Dómino, sicut mons Sion: *
 non commovébitur, in ætérnum manet.
 Ierúsalem, montes in circúitu eius,
 et Dóminus in circúitu pópuli sui, *
 ex hoc nunc et usque in sæculum.
 Quia non requiescet virga iniquitátis super sortem iustórum, *
 ut non exténdant iusti ad iniquitátem manus suas.
 Bénéfac, Dómine, bonis *
 et rectis corde.
 Declinántes autem per vias pravas
 addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem. *
 Pax super Israël.

Psalm 125

In converténdo Dóminus captivitátem Sion, *
 facti sumus quasi somniántes.
 Tunc replétum est gáudio os nostrum, *
 et lingua nostra exsultatióne.
 Tunc dicébant inter gentes: *
 « Magnificávit Dóminus fácere cum eis ».
 Magnificávit Dóminus fácere nobíscum; *
 facti sumus lætántes.
 Convérte, Dómine, captivitátem nostram, *
 sicut torréntes in austro.
 Qui sémant in lácrimis, *
 in exsultatióne metent.
 Eúntes ibant et flebant, *
 semen spargéndum portántes;
 veniéntes autem vénient in exsultatióne, *
 portántes manípulos suos.

Psalmus 126

Nisi Dóminus ædificáverit domum, *
 in vanum labórant qui ædíficant eam.
 Nisi Dóminus custodíerit civitátem, *
 frustra vígilat qui custódit eam.
 Vanum est vobis ante lucem súrgere, †
 et sero quiéscere, et manducáre panem labóris. *
 Verúm tamen dabit ipse diléctis suis duplícia.
 Ecce heréditas Dómini, filii, *
 merces fructus ventris.
 Sicut sagíttæ in manu poténtis, *
 ita filii iuventútis.
 Beátus vir qui implévit pháretram suam ex ipsis; *
 non confundétur, cum loquétur inimícis suis in porta.

NOVEMBER

Die 30 novembris
S. ANDREÆ, APOSTOLI
Festum

De commune apostolorum, præter sequentia:

Responsorium prolixum post Lectionem primam, O bona crux (AJ 1: 417; POP 665)


Ad Laudes matutinas

Ant. 1


AG 629 (cf. OCO 444)



Unus ex du-ó- bus, qui se-cú-ti sunt Dómi- num,



e- rat André- as, fra- ter Si-mó-nis Pe-tri. *Ps.* De- us, De-



us me- us es tu; * ad te de luce ví-gi-lo. [flex]

Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *

ad te de luce vígilo.]

Sitívit in te **ánima mea**, *

te desiderávit *caro mea*.

In terra desérta et árida et inaquósa, †

sic in sancto **appáruí tibi**, *

ut vidérem virtútem tuam et glóriam **tuam**.

Quóniam mélior est misericórdia tua **super vítas**, *

lábía mea **laudábunt** te.

PROPRIUM DE SANCTIS

Sic benedícam te in **vita mea**, *
 et in nómine tuo levábo *manus meas*.
 Sicut ádipsc et pinguédine repleátur **ánima mea**, *
 et lábiis exsultatiónis laudábit os **meum**.
 Cum memor ero tui super **stratum meum**, *
 in matutínis medítábor **de te**,
 quia fuísti adiútor **meus**, *
 et in velaménto alárum tuárum *exsultábo*.
 Adhásit ánima **mea post te**, *
 me suscepit *déxtera tua*.

Ant. 2

AJ 1: 416 (cf. OCO 444)

VIII a

Di-lé-xit Dóminus An-dré-am in o-dó-rem su-a-vi-
 tá-tis. *Ps.* Benedícite, ómnia ópera Dómini, **Dómino**; * laudáte
 et superexaltáte e-um in **saecu-la**.

Canticum

Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, **Dómino**; *
 laudáte et superexaltáte eum in **saecula**.]
 Benedícite, ángeli Dómini, **Dómino**; *
 benedícite, *cæli*, **Dómino**.
 Benedícite, aquæ omnes quæ super *cælos* sunt, **Dómino**; *
 benedícite, omnes virtútes *Dómini*, **Dómino**.
 Benedícite, sol et luna, **Dómino**; *
 benedícite, *stellæ cæli*, **Dómino**.
 Benedícite, omnis imber **et ros**, **Dómino**; *
 benedícite, omnes spíritus *Dei*, **Dómino**.
